2. B. a.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΟΝΙΝΟΥ
Αὐτοκράτορος, τῶν εἰς ἑαυτόν,
ΒΙΒΛΙΑ ιβ'.

MARCI ANTONINI IMPERATORIS.

De ſeipſo & ad ſeipſum,

LIBRI XII.

Recogniti & notis illuſtrati.



OXONIÆ,
E THEATRO SHELDONIANO
Anno 1680.



DE
MARCO AUREL. *ANTONINO.*
HERODIANUS,
initio historiæ.

ΑΡΕΤΗΣ δὲ πάσης ἔμελλεν αὐτῷ. λόγων τε ἀρχαιότητος ὧν ἐράσθης, ὡς μηδενὸς μήτε Ρωμαίων μήτε Ελλήνων ὑπολείπεσθαι. δηλοῖ δὲ ὅσα καὶ εἰς ἡμᾶς ἦλθεν, ἢ λεχθέντα πρὸς αὐτῶν, ἢ γραφέντα. παρεῖχε δὲ καὶ τῆς ἀρχομένοις ἑαυτὸν ὑπεικῶν καὶ μέτριον βασιλέα, τύς τε σεβομένους δεξιούμενος, κωλύων τε τοὺς περὶ αὐτὸν δορυφόρους ὑποσοβεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας. μόνος τε βασιλέων φιλοσοφίαν ἀ λόγοις, ἀδὲ δογμάτων γνώσεσι, σεμνῷ δ' ἤθει καὶ βίῳ σώφρονι ἐπιζώσατο.

M. ANTONINI *IMP.* de ſeipſo, & ad ſeipſum,

LIBER PRIMUS.

A B avo meo Vero didici placidis eſſe moribus, & iræ abſtinens. Exiſtimatione genitoris mei, ejuſque recordatione, ad verecundiam & viro dignos mores excitatus ſum. Matrem in ſtudio pietatis erga Deos liberalitateque imitatus ſum: præterea in abſtinendo, à non perpetrandis modo, ſed & cogitandis flagitiis: tum in frugalitate victus, & cæteris quæcunque ſunt ab opulentorum vita & conſuetudine remotiſſima. A proavo id habui, ut tum in publicos ludos commearem, tum vero domi bonis præceptoribus uterer, intelligeremque nullis hac in re parcendum ſumptibus.

2. Ab educatore, ne ſpectator Praſianus, aut Venetianus; neve parmularius aut ſecutorianus audirem: ab eodem, tolerare labores, eſſe contentus parvo, non alii mandare quod ipſe per memetipſum valeam exequi; non immiſcere me multis negotiis, haud facile calumniam admittere, didici.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ

αὐτοκράτορος τὰ εἰς ἑαυτόν,

ΒΙΒΛΙΟΝ α.

Α΄ Παρὰ τοῦ πάππου Οὐήρου, τὸ καλὸν ἦθες, καὶ ἀόργητον. παρὰ τῆς δόξης καὶ μνήμης τοῦ περὶ αὐτὸν γνησίου, τὸ αἰδήμον καὶ ἀρρενικόν. παρὰ τῆς μητρὸς, τὸ θεοσεβὲς, καὶ μεταδοτικὸν, καὶ ἐφεκτικὸν, οὐ μόνον τοῦ κακοποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ὅλως ἐννοίας γίνεσθαι τοιαύτης· ἔτι δὲ τὸ λιτὸν κατὰ τὸ δίαιταν, καὶ πόρρω τοῦ πλουσιακῆς ἀφαγωγῆς. παρὰ τοῦ προπάππου, [2] τὸ μὲ εἰς δημοσίας ἀκροάσεις φοιτῆσαι, καὶ τὸ ἀξιοῦσθαι διδασκάλοις κατ' οἶκον χρήσασθαι· καὶ τὸ γνῶναι ὅτι εἰς [3] τὰ τοιαῦτα δεῖ ἐκτενῶς ἀναλίσκειν.

Β΄ Παρὰ τοῦ τροφέως, τὸ μήτε [4] προσιανὸς, μήτε βενετιανὸς, μήτε παλικαρίου φρόνημα· καὶ τὸ φερέπονον, καὶ ὀλιγοδεᾶς, καὶ αὐτουργικὸν, καὶ τὸ ἀπολύ-

---

1 Et hic & in ſequentibus paragr. intell. verbum ἔμαθον ἔλαβον, aut aliquid tale.

2 Τὸ μὴ εἰς δημ. *Xyl.* eumque ſecutus *Gat.* quod an non inter errata Typographica reponendum ſit dubito.

3 Τὰς τοιούτους. *Junt.* exem.

4 Colores & factiones Circi & Amphith. de quibus vid. *Cal. Rhod.* l. 16. c. 10.

5 Σκυταρίου leg. *Lipſ.* aliique.

πρεσβύτερον, καὶ τὸ δυσπρόσδεκτον διαβολῆς.

γ' Παρὰ Διογνήτυ, τὸ ἀκενόδοξον· καὶ τὸ ἀπιστικὸν τοῖς ὑπὸ τῶν περιτρεχόντων καὶ γοήτων, περὶ [1] ἐπῳδῶν, καὶ τῶν δαιμόνων ὑποψίας, καὶ τῶν τοιούτων λεγομένοις· καὶ τὸ μὴ [2] ὀρθυγοτροφεῖν, μηδὲ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπτοῆσθαι· καὶ τὸ ἀνέχεσθαι παῤῥησίας, καὶ τὸ οἰκειωθῆναι φιλοσοφίᾳ· καὶ τὸ ἀκοῦσαι, πρῶτον μὲν Βακχίου, εἶτα Ταυδάσιον, καὶ Μαρκιανοῦ· καὶ τὸ γράψαι διαλόγους ἐν παιδί· καὶ τὸ σκίμποδος καὶ δορᾶς ὑπενδυμῆσαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα τῆς ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐχόμενα.

δ' Παρὰ Ρυσίκλυ, τὸ λαβεῖν φαντασίαν τοῦ χρήζειν διορθώσεως καὶ θεραπείας τοῦ ἤθους. καὶ τὸ μὴ ἐκβαπῆναι εἰς ζῆλον σοφιστικόν, μηδὲ τοῦ συγγράφειν περὶ τῶν θεωρημάτων, ἢ περιπατητικὰ λογάρια διαλέξεις, ἢ φαντασιοπολήκλεως ἢ ἀσκητικόν, ἢ τὸν [3] ἐνεργητικὸν ἄνδρα ὑποδείκνυσθαι. καὶ τὸ ὑπομεῖναι ξηροειπῆ, καὶ ποιητικῆ, καὶ ἀγειολογίας. καὶ τὸ μὴ ἐν σολῇ κατ' οἶκον περιπατεῖν, μηδὲ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν. καὶ τὸ

1 De epodis vid. *Cæl. Rhod.* l. 8. c. 8.

2 Id genus ludi Græcis familiare designat *Suid.* & *Leopard.* l. 8. c. 5.

3 Leg. ἐνεργητικὸν vel ἐνεργητικόν.

τὸ

3. A Diogneto, ſtudium in res inanes non conferre, fidem abrogare iis quæ de incantationibus, dæmonumque profligationibus, ac id genus aliis rebus præſtigiatores & impoſtores referunt: neque animi cauſa coturnices alere, aut ſimilium rerum ſtudio & cupiditate tranſverſum agi: item, libere dicta ferre æquo animo, philoſophiæ me addicere, audire primo Bacchium, deinde Tandaſidem ac Marcianum, ſcribere dialogos puerili ætate; grabatum, pellem, aliaque ad Græcam diſciplinam pertinentia, uſurpare.

4. Ruſtici monitu in eam deveni cogitationem, mores meos correctione ac cultu opus habere: tum vero quod ad ſophiſticam, vel de decantatis Theorematibus aliquid commentandi, vel oratiunculas adhortatorias declamandi ambitionem non deflexerim; quod ſpecie viri exercitati ac laborioſi oſtentanda admirationem movere non affectarim; quod à rhetoricæ, poeſeos, & elegantioris ſermonis ſtudio deſtiterim: quod domi neque toga ſenatoria indutus incedere, neque alia quæ ejuſdem ſunt generis uſurpare ſoleam, eidem acceptum fero. Ab eodem, epiſtolas ſcribere ſimpliciter, qualis eſt ejus ad matrem

meam epiſtola Sinueſſam miſſa: inſuper placabilem eſſe, & reconciliari facilem, ſimul atque ii qui ſtomachum nobis moverint, aut aliquid deliquerint, redire ad officium velint: diligenter etiam legendum, neque omnino conſiderationem confuſam & generalem ſatis putandum, neque celeriter adſentiendum temere garrientibus: Denique, quod Epicteti Commentarios notos habuerim, quos & ipſe mihi ultro dono dedit.

5. Apollonius me docuit, ut libertatem ſectarer, certamque conſtantiam, neque alio unquam, ne minimum quidem, quam ad rectam rationem reſpicerem, ac ſemper mei ſimilis eſſem in gravibus doloribus, amiſſione prolis, morbiſque diuturnis: Idem fieri poſſe, ut qui vehementiſſimus interdum eſt, idem ſit alias remiſſus ac lenis, ſuo exemplo ac rebus ipſis, clare & perſpicue me docuit: in diſputationibus & enarrandis philoſophorum ſcriptis ab omni morositate alienus: talis denique, qui palam & aperte qua pollebat in tradendis philoſophiæ præceptis ſolertiam & ſagacitatem, minimum ſuorum bonorum putaret. Præterea modum beneficia (ut iis videntur) ab amicis accipiendi, ne vel accepta ea nos ultra quam par

eſt

τὰ ὀπισθόλια ἀφελῶς χεάφειν, ὅιον τὸ ὑπ' αὐτῦ τύτυ ὑπὸ Σινοέσσης τῇ μητρί μυ χεαφέν. καὶ τὸ πρὸς τὰς χαλεπήναντας καὶ πλημμελήσαντας εὐαναχλήτως καὶ [1] εὐδιαλλέκλως, ἐπειδὰν τάχισα αὐτοὶ ἐπανελθεῖν ἐθελήσωσι, πρακτικῶς. καὶ τὸ ἀκειβῶς ἀναμινώσκειν. καὶ μὴ ἀρκεῖως φειδόμενα ὁλοχερῶς. μηδὲ τοῖς φιλαλλῦσι ταχέως συγκατατίθεσθαι· καὶ τὸ ἐντυχεῖν τοῖς Επικτήτειοις ὑπομνήμασιν, ὧν ὁίκοθεν μετέδωκε.

ε' Παρὰ Απολλωνίυ, τὸ ἐλεύθερον καὶ ἀναμφιβόλως ἀκύβδητον. καὶ πρὸς μηδὲν ἄλλο ἀποβλέπειν, μηδὲ ἐπ' ὀλίγον, ἢ πρὸς τὸν λόγον. καὶ τὸ ἀεὶ ὅμοιον ἐν ἀλγηδόσιν ὀξείαις, ἐν ἀποβολῇ τέκνυ, ἐν μακραῖς νόσοις. καὶ τὸ ὅτι φιλοσοφεῖν ζώντ@ ἰδεῖν ἐναργῶς, ὅτι δύναται ὁ αὐτὸς σοφρόντ@ εἶναι, καὶ ἀνειμένω@, καὶ τὸ ἐν τῇ ἐξηγήσεσι μὴ δυσχεραντικόν. καὶ τὸ ἰδεῖν ἄνθρωπον σαφῶς ἐλάχιστον τῶν ἑαυτῦ καλῶν ἡγεμένον τὴν ἐμπειρίαν, καὶ τὴν ἐνδέχειαν τοῦ τὰ φιλοσοφεῖσθαι τὰ θεωρήματα. καὶ τὸ μαθεῖν πῶς δεῖ λαμβάνειν τὰς δο-

[1] Εὐδιαλλάκλως legend. docet Xyl. in notis.

κύσας

κάσας χάριτας παρὰ φίλων, μήτε ἐξηπωμένον διὰ ταῦτα, μήτε ἀναιδῆτος προσπέμποντα.

ς' Παρὰ Σέξτου, τὸ ἀμιμήτως, καὶ τὸ προσάδεσμα τοῦ οἴκου τοῦ πατρονομικοῦ, καὶ τὴν ἔννοιαν τοῦ κατὰ φύσιν ζῆν. καὶ τὸ σεμνὸν ἀπλάστως. καὶ τὸ σοφαστικὸν τῶν φίλων κηδεμονικῶς. καὶ τὸ ἀνεκτικὸν τῶν ἰδιωτῶν. καὶ τὸ ἀθεώρητον τῶν ὀιομένων. καὶ τὸ πρὸς πάντας εὐάρμοστον, ὥστε κολακείας μὲν πάσης πολυπνεστέραν εἶναι τὴν ὁμιλίαν αὐτοῦ, αἰδεσιμώτατον δ' αὐτοῖς ἐκείνοις παρ' αὐτὸν ἐκεῖναν τὸν καιρὸν εἶναι. καὶ τὸ καταληπτικῶς καὶ ὁδῷ ἐξαρετικὸν τε καὶ τακτικὸν, τῶν εἰς βίον ἀναγκαίων δογμάτων. καὶ τὸ μηδὲ ἔμφασίν ποτε ὀργῆς, ἢ ἄλλου τινὸς πάθους προσάπτειν· ἀλλὰ ἅμα μὲν ἀπαθέστατον εἶναι, ἅμα δ' φιλοστοργότατον. καὶ τὸ εὔφημον, καὶ τοῦτο ἀφοφητί. καὶ τὸ πολυμαθὲς ἀνεπιφάντως.

ζ' Παρὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ γραμματικοῦ, τὸ ἀνεπιπλήκτως. καὶ τὸ μὴ ὀνειδιστικῶς ὑπολαμβάνεσθαι τῶν βάρβαρον, ἢ σόλοικόν τι, ἢ ἀπηχὲς προενεγκαμένων, ἀλλ' ὑπὸ δεξίως αὐτὸ μόνον ἐκεῖνο, ὃ ἔδει εἰρῆσθαι,

est addictos & obsequentes reddant; vel contra, sine ullo accipientis sensu, quasi transmittantur, ab eodem didici.

6. A Sexto, comitatem, & exemplum domus affectu paterno gubernatæ, propositum vivendi secundum naturam, gravitatem non simulatam, in explorandis amicorum voluntatibus diligentiam, facilitatem erga idiotas, nec intempestivam coram illis qui vulgi erroribus & opinionibus aguntur, solemnium theorematum ostentationem, moresque omnibus accommodatos. Quo fiebat, ut ejus consuetudo omni adulatione suavior, ipseque eodem tempore in summa apud eos quibuscum agebat veneratione esset. Porro autem, certam, & expeditam viam ac rationem inveniendi & disponendi præcepta ad usum vitæ necessaria. Item quod neque iræ, neque alius cujusquam animi commotionis ullum indicium dabat, sed simul & affectibus quam maxime vacuus, & in amore quam maxime vehemens erat. In eodem, honestam famam sine jactatione, multarumque rerum scientiam citra ostentationem.

7. Alexandrum Grammáticum observabam ab increpationibus sibi temperare, neque ignominiose castigare si quis barbarum, solœcum, aut absonum

num quippiam protulisset, sed civiliter id modo, quod dicendum fuerat, tanquam aut respondsurus esset, vel rem sui quoque seu testimonii, seu judicii authoritate confirmaturus ipsam, non ut qui de verbis esset solicitus, enunciare; aut omnino alia quadam solerti & occulta correctione idem efficere solitum.

8. A Frontone, ut scirem quæ consequeretur tyrannidem invidia, quæ vafrities, simulatio: & quod omnino qui nobis patricii dicuntur, inhumaniores quodammodo sint reliquis.

9. Ab Alexandro Platonico, ne crebro, neve nisi necessitate coactus cuiquam dicerem scriberemve me esse occupatum, neve identidem impendentia negotia prætendendo, debita familiaribus, in suo cuique genere, officia detrectarem.

10. A Catulo, ne parvi facerem si quid amicus conquereretur, etiamsi nulla id ab eo fieret ratione: sed anniterer eum ad pristinum officium reducere. Item ut summa animi contentione præceptorum laudem prædicarem; uti de Domitio & Athenodoto traditum est. Utque liberos vere diligerem.

11. A fratre meo Severo, amorem famili-

ῥῆναι, ϖεφέρεσθαι, ἐν τρόπῳ ὑποκρίσεως, ἢ συντιμαφυρήσεως, ἢ συνδιαλήψεως περὶ αὐτῦ τ̃ πράγματος, ἐχὶ περὶ τοῦ ῥήματος, ἢ δι' ἑτέρας τινὸς ταιαύτης ἐμμελοῦς παρυπομνήσεως.

ἡ Παρὰ Φρόνλωνος, τὸ ἐπισῆσαι οἷα ἡ τυραννικὴ βασκανία, κὴ ποικιλία, κὴ ὑπόκρισις. κὴ ὅτι ὡς ὅταν οἱ καλόμνοι ἔτοι παρ' ἡμῖν εὐπαρίδαι, ἀεργότεροί πως εἰσί.

θ' Παρὰ Αλεξάνδρε τ̃ Πλατωνικοῦ, τὸ μὴ πολλάκις, μηδὲ χωρὶς ἀνάγκης λέγειν τινὸς τινα, ἢ ἐν ὑπιστολῇ γράφειν, ὅτι ἀχολός εἰμι. μηδὲ διὰ τοιάτε τρόπε συνεχῶς παρφιτεῖσθαι τὰ κατ' τὰς τῶν τὰς συμβιῶντας χέσεις καθήκοντα, ϖεριβαλλόμνον τὰ ϖεπεισῶτα ϖράγματα.

ι' Παρὰ Κατάλε, τὸ μὴ ὀλιγωρῶς ἔχειν φίλε ἀϊπωμνύντ, κὰν τύχῃ ἀλόγως ἀϊπώμνυντος, ἀλλὰ πειρᾶσθαι κὴ ὑποκαθιστάναι ὅπ τὸ σύμφερες. κὴ τὸ περὶ τῆς διδασκάλων ἐκτύμως εὔφημον, οἷα τὰ τῶν Δομνίνε κὴ Αθηνοδότε ὑπομνημονευόμνα. κὴ τὸ περὶ τὰ τέκνα ἀληθινῶς ἀγαπητικόν.

ια' Παρὰ τ̃ ἀδελφῦ μὲ Σεουήρε, τὸ φιλοί-

φιλοίκειον, καὶ φιλάληθες, καὶ φιλοδίκαιον. καὶ τὸ δι' αὐτὸν ζῆναι θρασέαν, Ἐλεύθριον, Κάτωνα, Δίωνα, Βρῦτον. καὶ φαντασίαν λαβεῖν πολιτείας ἰσονόμου, καὶ ἰσότητα καὶ ἰσηγορίαν διοικουμένης, καὶ βασιλείας πρώσης πάντων μάλιστα τὴν ἐλευθερίαν τῶν ἀρχομένων καὶ ἔπι παρ' αὐτῷ, τὸ ἀμελές, καὶ ὁμότονον ἐν τῇ πίστει τῆς φιλοσοφίας, καὶ τὸ εὐποιητικὸν, καὶ τὸ εὐμεταδοτον ἐκτενῶς, καὶ τὸ εὔελπι. καὶ τὸ πεδαπικὸν περὶ τῶν ὑπὸ τῶν φίλων φιλεῖσθαι. καὶ τὸ ἀνεπίκρυπτον πρὸς τὸς γνώστεως ὑπ' αὐτῷ τυγχάνοντας. καὶ τὸ μὴ δεῖσθαι σοχασμῶν τῶν φίλων αὐτῷ περὶ τῶ τί θέλει, ἢ τί ὰ θέλει, ἀλλὰ δῆλον εἶ).

ιβ' 1 Παράκλησις Μαξίμῳ, τὸ κρατεῖν ἑαυτῦ, καὶ χρὶ μηδὲν 2 περιφορον εἶ). καὶ τὸ εὔθυμον ἔν τε τῆ ἄλλαις περιστάσεσι, καὶ ἐν τῆ νόσοις· καὶ τὸ εὔκραλον τῶν ἤθων, καὶ μελίχιον, καὶ γεραρὸν, καὶ ὰ χαλίως κατεργαστικὸν τῆς περικειμένων· καὶ τὸ παίτως αὐτῦ πιστεύειν, περὶ ὧν λέγοι ὅτι ὕτως φρονεῖ· καὶ περὶ ὧν περί-

1 A Claudio Maximo reddit *Cas.* quasi legend. esset παρὰ κλ. Μαξίμῳ. tum quod Antoninus Noster cæteros hujus lib. paragr. à præp. περὶ auspicetur, tum quod vox παράκλησις turbet contextum orationis.

2 Παερίφορον leg. *Gat.* περίφορον. *Xyl.* ποι,

familiarium, & veritatis, juſtitiæque. Per eundem cognovi Thraſeam, Helvidium, Catonem, Dionem, Brutum. Item, quod animo conceperim formam reipublicæ, in qua æquis legibus eodemque jure omnia adminiſtrarentur; ac regni, cui nihil eſſet libertate ſubditorum antiquius. Ab eodem, conſtantem in cultu philoſophiæ, poſthabitis omnibus aliis, æquabilitatem, beneficentiam, & liberalitatem perpetuam ſervare, bene ſperare, ac de amicorum amore certo ſibi polliceri. Eundem obſervavi, ſi quos reprehendendos putaret, minime celare ſolitum; neque amicis ejus opus fuiſſe, ut de ipſius voluntate conjecturam facerent, ſed eam apertam fuiſſe.

12. A Claudio Maximo, more & arbitrio proprio vivere, neque aliis contra animi ſententiam ulla in re obſequi: animo bono cum aliis in caſibus, tum in morbis eſſe: moribus uti temperatis, blandis, ac gravibus, & quæ propoſita ſunt, expedite nec ulla cum queritatione perficere. Quicquid ille diceret, ita vere ſentire: quicquid ageret, animo non malo agere, omnes illi credere. Nihil admodum mirari, non exterreri facile ſolitum, nunquam aut feſtinaſſe, aut cunctatum fuiſſe,

neque trepidasse, neque mœstitiæ, neque gaudii nimium fuisse, neque iracundum, neque suspicionosum: sed beneficum, placabilem, veracem; atque hæc omnia, potius ut qui natura incorruptus, quam qui studio correctus & emendatus esset. Neminem fuisse denique qui se ab ipso contemtum, aut ipso præstantiorem putaret. Liberaliter quoque facetum fuisse.

13. Patris notavi humanitatem, & in iis, quæ semel essent accurate deliberata, inconcussam constantiam: vanæ gloriæ, & eorum qui putantur, neque sunt tamen, honorum contemtum, studium laborum, assiduitatemque. Libenter audiebat eos, qui aliquid reipublicæ utile poterant adducere. In tribuendo unicuique pro dignitate suum firmiter perseverabat, peritus ubi intendendum esset, ubi remittendum. Amores adolescentulorum coercebat, utilitati publicæ omnes cogitationes intendebat. Amicis secum cœnandi, aut iter faciendi necessitatem remittebat, & qui necessitate aliqua impediti eum non comitati fuerant, eundem semper ipsum inveniebant. In consiliis accurate quid conducere posset ac diu inquirebat, neque obviis quibusque cogitationibus

ποι, ὅτι ὁ κακῶς παθὼν καὶ τὸ ἀθαύμαστον καὶ ἀνέκπληκτον, καὶ μισθαμοῦ ἐπιγόμμυον, ἢ ὀκνῆν, ἢ ἀμηχανῆν, ἢ καλῆφες, ἢ παρεστηρὸς, ἢ πάλιν δυμέμμυον, ἢ ὑφορεώμμυον, καὶ τὸ εὐεργετικὸν, καὶ τὸ συγγνωμονικὸν, καὶ τὸ ἀπλοῦς, καὶ ἀδιαπόφθ μᾶλλον ἢ διορθωμένε φαντασίαν παρέχειν. καὶ ὅπε ἔτε ἐπὶθη ἂν πολέπις ὑπορᾶς ὑπ' αὐτοῦ, ὅτε ὑπεμεινεν ἂν χρείπονα αὐτῷ αὐτὸν ὑπολαβεῖν. καὶ τὸ εὐχαειτπίζεδαι.

ιγ' Παρὰ τ παιδὸς, τὸ ἓμερον καὶ ἰδιωτικὸν ἀσαλεύτως ὅλη τ ἐξηλασμένως κειμένων. καὶ τὸ ἀκενόδοξον περὶ τὰς δοκήσας πμὰς, καὶ τὸ φιλόπονον καὶ ἐνδελεχές. καὶ τὸ ἀκροατικὸν τ ἐχόντων π κοινωφελες εἰσφέρειν. καὶ τὸ ἀπαρρησίαστως εἰς τὸ καθ' ἀξίαν ὑπομενητικὸν ἐκφῦναι. καὶ τὸ ἔμπφρον, πᾶ μὴ χρεία ἐνλάσεως, πᾶ δ' ἀνέσεως. καὶ τὸ παῦσαι τὰ περὶ τὰς ἐρωτας μφακίων. καὶ ἡ κοινονομοσύνη. καὶ τὸ ἐφειδῶς τοῖς φίλοις μήτε συνδιπνεῖν αὐτῷ πάντως, μήτε συναποδημεῖν ἐπάναγκες· ἀεὶ δ' ὅμοιον αὐτὸν καταλαμβάνειν ὑπὸ [2] τ διὰ χρείας π ἀπολειφθέντων. καὶ τὸ ζητητικὸν ἀκεί-

1 περιστατικὸς leg.

2 Hæc verba de negotiis intermissis potius quam de ministris intelligenda sunt, ut videtur Cas.

ζῶς ἐν τοῖς συμβολίοις, καὶ ὀπίμονον, ἀλλ' ὃ τὸ παραπέση τ ἐρεύνης ἀρκεθεὶς τ παρχεί-ροις φυλασσόμενος. καὶ τὸ ἀφιλοπρόκοπον τ φίλων, καὶ μηδαμοῦ ἀφίκορον, μηδὲ ὀπμανές. καὶ [2]τὸ αὐθαρκὲς ἐν παντ, καὶ τὸ φαιδρὸν, καὶ τὸ πόρ-ρωθεν παρνοητικὸν, καὶ τ ἐλαχίστων παραλογι-στικὸν ἀτραγῴδως. καὶ τὸ τὰς ὀπιθοήφεις, καὶ πᾶσ κολακείαν ἐπ' αὐτῷ σαλῆναι. καὶ τὸ φυ-λακτικὸν ἀεὶ τ ἀναγκαίων τῆ ἀρχῆ· καὶ [3]ταμιευτικὸν τ χορηγίας, καὶ ὑπομονητικὸν τ ὀπὶ τ τοιούτων [1] τόνων καταπαύσεως. καὶ τὸ μήτε παρὶ τὰς θεὰς δεισιδαίμον, μήτε παρὶ ἀν-θρώπους δημοκοπικὸν, ἢ ἀρεσκευτικὸν, ἢ ὀχλοχαρὲς, ἀλλὰ νήφον ἐν πᾶσι, καὶ βέβαιον, καὶ μηδαμοῦ ἀπρόκαλον, μηδὲ καινολόμον. καὶ τὸ τοῖς εἰς εὐμάρειαν βίον φέρουσί πως, ὧν ἡ τύ-χη παρεῖχε δαψίλειαν, χρηστικὸν ἀπύφως ἅμα, καὶ ἀπερισπάστως, ὥστε παρόντων μὴ ἀνεπιτηδεύτως ἅπτεσθαι, ἀπόντων δὲ μὴ δεῖ-σθαι. καὶ τὸ μήτε ἄν τινα εἰπεῖν μήτε ὅπ [2] σο-φιστὴς, μήτε ὅπ [3] οἰκονόμος ἀεργαλέος, μήτε

---

1 Τινῶν leg. sed τόνων πινῶν legendum su-spiciatur *Cas.* & excidisse τὸ πινῶν ob scripturæ similitudinem cum præcedente τόνων.

2 σοφιστὲ nomen hic in pejor. accipit partem.

3 servi enim distinguuntur in ἀργυρωνήτους & οἰκογενεῖς.

ὅπ

bus contentus[1] finem consultandi faciebat. Amicitiam conservabat, neque vel satietatem amicorum capiebat, neque perdite & impotenter eos desiderabat.[2] In omnibus omnia sua in se reposita habebat, læto vultu. Longe futura providebat: atque etiam minima ante præparabat, idque citra tumultum. Acclamationes, omnemq; adulationem compescebat. Quæ ad magistratum erant necessaria, semper custodiebat; [3] impensarum rationes colligebat, nec ob talem in his & similibus rigorem reprehendi se impatienter aut iniquo ferebat animo. Deos citra superstitionem colebat, neque auram aut gratiam popularem captabat: in omnibus his sobrius, constans, nusquam ineptus, aut novitatis studiosus. In illis porro rebus, quæ ad vitæ commoditatem aliquid conducunt, quas ample fortuna suppeditabat, ut sine fastu, ita sine scrupulo, ita ut & si adessent, haud solicite iis uteretur, neque desideraret, si deessent.

---

1 ἀλλ' ὁ ποτε προσαπέχη leg. *Boot.*

2 τὸ ἀυταρκὲς ἐν παντὶ quaqua sorte contentus reddit *Gat.* ὡς ὀλίγοις ἀρκούμενος rectius fortasse.

3 Mallet *Gat.* (τὸ παιδευτικὸν τ χορηγίας) de sumptuum erogatione moderanda interpretari, quam de redituum rationibus.

Nemo fuit, qui eum aut ſophiſtam, aut vernam, aut hominem de ſchola eſſe diceret; ſed virum maturum, abſolutum, adulatione ſuperiorem; qui & ſeipſum regere, & alios poſſet. Jam philoſophiam veram profitentes in honore habens, reliquis nihil exprobravit. Cæterum in conſuetudine familiari commodus gratioſuſque extra faſtidium erat. Corpus ſuum moderate curabat, non ut qui vitæ cupidus, aut cui formæ elegantia curæ eſſet, non tamen interim negligenter: ita ut ſua diligentia curaque pauciſſimis medicorum ſeu pharmacis ſeu fomentis opus haberet. Id in eo præclariſſimum fuit, quod facultate alicujus rei præditis concedebat abſque invidia, ut oratoriæ, hiſtoriæ, legum, conſuetudinum, aliorumque id genus: quin etiam ut gloriam iis rebus quibus excellebant, adipiſcerentur, operam ſuam ipſis navabat. Et cum ageret omnia ſecundum inſtituta majorum, ne hoc ipſum quidem ſtudebat conſequi, ut videretur à majoribus accepta obſervaſſe. Adhæc non erat vagus aut levis, ſed locis & negotiis iiſdem ſolebat immorari. Poſt intentiſſimos capitis dolores, recens atque alacer ad conſueta opera redibat. Præterea pauca admodum habebat arcana, & hæc quo-

ὅπ σχολαστικὸς, ἀλλ' ὅπ ἀνὴρ πέπειρος, τέλειος, ἀκολάκευτος, σεμνύεσθαι δυνάμενος καὶ τῆ ἑαυτῦ καὶ ἄλλων. πρὸς τέτοις ὃ καὶ τὸ μιμητικὸν τ ἀληθῶς φιλοσοφέντων, τοῖς ὃ ἄλλοις ἂν ἐξονειδιστικόν. ἔπ ὃ τὸ εὐόμιλον, καὶ ἔυχαρι ὁ καταφορος. καὶ τὸ τ ἰδίυ σώματος ὀπμελητικὸν ἐμμέτρεως. ὅτε ὡς ἄνπς. φιλόζωος, ὅτε πρὸς καλλωπισμὸν, ὅτε μὴν ὀλιγώρως. ἀλλ' ὥστε διὰ τὴν ἰδίαν σεσοχὴν, εἰς ὀλίγιστα ἰατρικῶν χρήζειν ἢ φαρμάκων καὶ ὑποθημάτων [1] ἐκτός. μάλιστα ὃ τὸ παραχωρητικὸν ἀβασκάνως τοῖς δυναμίν πνα κεκτημένοις· οἷον τ φραστικὴν, ἢ τ ἐξ ἴσου εἰς νόμων, ἢ ἐθῶν, ἢ ἄλλων πνῶν σεσμάτων. καὶ συσπουδαστικὸν αὐτοῖς, ἵνα ἕκαστοι κτ' τὰ ἴδια σεσπερήματα εὐδοκιμῶσι. Πάνλα ὃ κτ' τὰ πάτρια σεάσσων, ὧδ' αὐτὸ τῦτο ὑπτηδεύων φαίνεσθαι, τὸ τὰ πάτρια φυλάσσειν. ἔπ ὃ τὸ μὴ εὐμετακίνητον καὶ ῥιπτασικὸν, ἀλλὰ καὶ τόποις καὶ σεάγμασι τοῖς αὐτοῖς ἐνδιατριπτικόν. καὶ τὸ μὴ τὰς παροξυσμὰς τ κεφαλαλγίας, νεαρὸν εὐθὺς καὶ ἀκμαῖον πρὸς τὰ συνήθη ἔργα. καὶ τὸ μὴ ἔτ αὐτῷ πολλὰ τὰ ὑπόλοιπα,

[1] *Suid.* leg. ἐντὸς καὶ ἐκτὸς ut illud ad φάρμακα, istud ad ἐπιθήματα referatur.

ἀλλὰ

ἀλλὰ ὀλίγιστα καὶ στρατιώτικα. καὶ ταῦτα ὑπὲρ τῆς κοινῶν μόνον. καὶ τὸ ἔμφρον καὶ μεμετρημένον ἔντε θεωρείων ὅπου τελέσῃ, καὶ ἔργων κατασκαφαῖς, καὶ διανομαῖς, καὶ τοῖς τοιούτοις. [1] ἀνθρώποις, πρὸς αὐτὸ ὃ τὸ δέον προσχθῆναι δεδορκότος, ὃ πρὸς τὸν ὄντα τοῖς προσχθεῖσι συνδέξιον. ὄχι ἀνεί λύσης. ὄχι φιλοικοδόμος. ὃ θεῖ τὰς ἐδωδάς ἐπινοητής. ὃ θεῖ ἐσθήτων ὑφάς καὶ χρόας. ὃ θεῖ σωμάτων ὥρας. ἡ ὑπὸ [2] λωείᾳ σολῇ, ἀνάγκασα ὑπὸ τῆς κάτω ἐπαύλεως, καὶ τῆς ἐν λανουβίῳ τὰ πολλά. τῷ [3] τελώνῃ ἐν Τύσκλοις παραιτησαμένῳ ὡς ἐχρήσατο, καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος τρόπος. ὃ δὲν ἀπνὲς, ὃ δὲ μὴ ἀδυσώπητον, ὃ δὲ λάβρον, ὃ δὲ ὡς ἂν πνα εἰπεῖν πότε ἕως ἱδρῶτος. ἀλλὰ πάντα διειλημμένα λελογίσθαι ὡς ὑπὸ χρῆς, ἀταράχως, τεταγμένως, ἐῤῥωμένως, συμφόνως ἑαυτοῖς. Ε-

1 *Cas.* leg. ἀνθρώποις προσχθῆναι ταῦτα πρὸς αὐτὸ δὲ τὸ δέον δεδορκότος αὐτῷ alii minori negotio omissa part. δὲ legunt ἀνθρώπως & δεδρακότος.

2 Villa Lorina in qua *Ant.* educabatur *Gat.* leg. χωείᾳ quasi intell. χολλῷ ἐπιχώριον indigenam · de hac re vid. *Suet.* per χολλὼ comitatum intell. *Xyl.* togam *Gat.*

3 λ leg. *Gat.* forte pro Φελόνῃ recte proculdubio si præced. χολλῷ referatur ad vestitum.

φαρ-

quoque tantum de rebus publicis. Prudens porro erat, moderatuſque cum in ſpectaculis exhibendis, tum in operum extructionibus, congiariiſque, & aliis hujuſmodi negotiis: ut qui hominibus hæc præſtari, tum vero quid per ſe rationi conſentaneum, non autem quæ ad ipſum gloria è factis redundatura eſſet, attendere ſolitus fuerit. Non utebatur alieno tempore balneis, non erat ædificandi cupidus, non de ciborum, non veſtium texturæ aut infecturæ, non formæ corporis elegantia anxius. Comitatus ei è prædio qui eum ab inferiori caſa deduceret: Inter Lanuvinos plerunque Tuſculano publicano utebatur, etiam 1 deprecante. 2 Omnino in ejus moribus nihil inerat inhumanum: nihil inverecundum, nihil procax, neque (quod vulgo dicitur) 3 ad ſudorem uſque: ſed omnia ita apta & diſtincta, ut ſi per otium cogitata fuiſſent, compoſite, placide, firmiter, & ſibi invicem convenienter. Accomodari poſſet ei id quod de 4 Socrate memo-

1 Fortaſſe leg. παραιτήσαντος vel παραιτησαμένου; quaſi excuſans & veniam deprecans.

2 *Xyl.* hæc verba cum ſequentibus conjungit ſed videntur potius præcedentia claudere.

3 Dict. proverb. a medicis mutuatum quo exercitii modum præſcribunt.

4 Vid. *Xenoph.* memor. lib. 1.

ratur

ratur, quod & abstinere potuerit, & frui rebus istis; quibus & carere plerique per imbecillitatem, & in fruendo continere se per impotentiam nequeunt: at temperare sibi ab utroque vitio posse, & sobrium permanere, id vero viri est animo integro invictoque præditi: quod ille in morbo Maximi præstitit.

14. A diis, bonos avos, bonos parentes, bonam sororem, bonos præceptores, familiares, necessarios, amicos bonos accepi, fere omnia bona: tum quod in nullum eorum quicquam deliqui, quanquam ita affectus, ut, si occasio incidisset, utique aliquid tale admisissem: verum beneficio deorum evenit, ne res ita caderent, ut hoc in me deprehenderetur. Id quoque iis acceptum refero, quod non diutius apud concubinam avi sum educatus, quod ad pubertatem castus perveni, neque ante eam vir sum factus, sed tempus etiam distuli. Quod principi & patri subditus fui, qui erat omnem mihi superbiam excussurus, ostensurusque posse principem in aula virum & stipatoribus carere & vestibus pictis & [1] facibus, statuisque

1 *Gat.* vult principatus insignia hic intelligi inter quæ erat ignis prælatio. *Cas.* vero in adversum contendit vultq; λαμπαδων referri ad simulacra lampadas manibus gestantia. certi

αρμόσῃ δ' ἂν αὐτῷ τὸ περὶ τ̃ Σωκράτυς
μνημονευόμενον, ὅτι καὶ ἀπέχεσθαι καὶ ἀπο-
λαύειν ἐδύνατο τούτων, ὧν πολλοὶ πρὸς τὸ τὰς
ἀποχὰς ἀδυνάτως, καὶ πρὸς τὰς ἀπολαύσεις
ἀκολάστως ἔχουσι. τὸ δ' ἰσχύειν καὶ ἐπικαρτε-
ρεῖν καὶ ἐννήφειν ἑκαλέρῳ, ἀνδρός ἐστιν ἀπα-
θοῦς καὶ ἀήττητον φυχὴν ἔχοντος, οἷον ἐν τῷ
πόσῳ τῷ Μαξίμυ.

ιδ' Παρὰ τ̃ θεῶν, τὸ ἀγαθὸς πάππυς,
ἀγαθὸς γονέας, ἀγαθὴν ἀδελφήν, ἀγαθὸς
διδασκάλυς, ἀγαθὸς οἰκείυς, συγγενεῖς, φί-
λυς, χεδὸν ἅπαντα σχεῖν. καὶ ὅτι περὶ ἀ-
γένα αὐτῶν ὠφέπεσον πλημμελῆσαί π,
καίτοι διάθεσιν ἔχων τοιαύτην, ἀφ' ἧς, εἰ
ἐπύχεν, κἂν ἐπραξά π τοιῦτο. τ̃ θεῶν δ'
εὐποιΐα, τὸ μηδεμίαν συνδρομὴν ὠφελιμά-
των γενέσθαι, ἥτις ἐμελλέ με ἐλέγξειν. καὶ τὸ
μὴ πλέον ἐπιτραφῆναι παρὰ τῇ παλλακῇ
τ̃ πάππυ καὶ τὸ τ̃ ὥραν διασῶσαι. καὶ τὸ
μὴ πρὸ ὥρας ἀνδρωθῆναι, ἀλλ' ἔτι καὶ ἐπι-
μεῖναι τ̃ χρόνυ. τὸ ἄρχοντι καὶ πατρὶ
ἐντραφῆναι, ὃς ἐμελλεν πάντα τὸν τύφον
ἐξαιρήσειν μοῦ, καὶ εἰς ἔννοιαν ἄξειν, τ̃, ὅτι
δυνατόν ἐστι καὶ ἐν αὐλῇ βιῶναι, μήτε δορυφο-
ρήσεων χρῄζειν, μήτε ἐνδήτων [1] σημειωδῶν,

[1] σημειωτῶν leg. *Xyl.*

μήτε

μήτε λαμπάδων καὶ ἀνδριάντων τοιῶνδε πρόνοιαν καὶ τοῦ ὁμοίου κόμπου. ἀλλ' ἔξεσιν ἐγλυτάτω ἰδιώτου συσέλλειν ἑαυτὸν, [1] καὶ νὴ Δία τοῦτο ταπεινότερον καὶ εὐθυμότερον ἔχειν πρὸς τὰ ὑπὲρ τὸν κοινῶν ἡγεμονικῶς πραχθῆναι δέοντα. τὸ ἀδελφὸν τοιοῦτον τυχεῖν, δυσαμμύου μὴ διὰ ἤθους ἐπεγείραί με πρὸς ὀλιγωρίαν ἑμαυτοῦ. ἅμα δὲ καὶ τιμᾷ καὶ στοργῇ ἐνφραίνοντός με. τὸ παιδία μοι ἀφῦλ μὴ ἑδαι, μηδὲ χεῖρ τὸ σωμάτιον διάστροφα. Τὸ μὴ ὀλίγον πλέον με προκόψαι ἐν ῥητορικῇ καὶ ποιητικῇ καὶ τοῖς ἄλλοις ὀλιγωδεύμασι, ἐν οἷς ἴσως ἂν καλεσχέθλιω, εἰ ἠθόμλιν, ἑμαυτὸν ἐυόδως προϊόντα. τὸ φθάσαι τὰς ὑφέας ἐν ἀξιώματι κατασῆσαι, ἃ δὲ ἐδόκουν μοι ὀλιγωμεῖν, καὶ μὴ ἀναβαλέσθαι ἐλπίδι, τῷ με ἐπεὶ νέοι ἔπ ἦφ, ὕστερον αὐτὸ προέξειν. τὸ γνῶναι Ἀπολλώνιον, Ῥῆσικον, Μάξιμον. τὸ φαντασθῆναι πρὸ τοῦ χεῖρ φύσιν εἶν ἐναργῶς καὶ πολλάκις, οἷον πῶς ὄζει. ὡστε ὅσον ὀλίγον τοῖς θεοῖς, καὶ τοῦ ἐκεῖθεν διαδόσεσι καὶ συλλήψεσι, καὶ [2] ὀλιγοίαις, μηδὲν

---

1 leg. καὶ μὴ διὰ. vel cum *Cas.* καὶ νὴ Δία, μὴ διὰ τοῦτο.

2 ἐπιπνοίαις potius legendum putat *Cas.*

κωλύ-

certi generis, reliquoque luxu: licere ei proximum privato homini habitum sumere; nec inde tamen abjectiore & humiliore animo ad publica regni negotia, quæ majestatem requirunt imperantis, accedere. Quod eum fratrem sum nactus, qui moribus suis me ad curam mei ipsius habendam posset excitare, honore autem & amore in me suo delectare. Quod liberi mihi neque indole, neque corpore pravi nati sunt. Quod magnos in Rhetorica, Poetica, reliquisque studiis progressus non feci, quæ me fortassis plane detinuissent, si me feliciter proficere sensissem. Quod mature eos à quibus sum enutritus in dignitate constitui, quam mihi videbantur cupere; quodque eos non longa spe lactavi, me id in posterum, ut qui juvenes adhuc essent, præstiturum. Quod Apollonium, Rusticum, Maximum cognovi. Quod species & imago vitæ, quæ secundum naturam, qualis ea, clare & frequenter animo meo sit objecta: ut ad Deos quidem quod attinet, & quæcunque ab illis seu munera, seu auxilia, seu consilia quis expectet, per illos utique minime steterit, quo minus secundum naturam pridem vitam instituerem; quod hactenus autem non emerserim

& prævaluerim, id vero mea unius culpa, qui Deorum monitus, & tantum non diſciplinam, non obſervem, contigerit. Quod in tali vita meum corpus tandiu duravit. Quod neque cum Benedicta, neque cum Theodoto rem habui: ſed & poſtea amore correptus, rectæ rationi parui. Quod Ruſtico ſæpius indignatus, nihil præterea admiſerim, cujus me pœnitere potuiſſet. Quod mater, cum eſſet adhuc juvenis moritura, reliquos tamen vitæ ſuæ annos mecum exegit. Quod quotieſcunque pauperi alicui, aut alias indigenti opitulari ſtatuiſſem, nunquam audivi, pecuniam mihi non eſſe, unde id facerem: & quod mihi nunquam uſu venit, ut alterius ope ſimili indigerem. Quod uxorem ita obſequentem, mei amantem, ac ſimplicem habui. Quod alumni, quibus liberos meos crederem, idonei non defuere. Quod in ſomnis cum alia mihi remedia ſunt data, tum contra ſanguinis excreationem, ac contra vertiginem; hocque Cajetæ, ſicut 1 Chræſæ. Quod

1 Variæ ſunt hujus vocis lectiones, *Xyl.* vult eſſe verbum; alii volunt eſſe pr. nomen loci ſicut Καιήτη· *Caſ.* leg Χρύσῃ, tanquam eſſet nomen viri, non loci, ac ſi diceret *Ant.* Cajetæ, quæ eſt oppidum maritimum, ſe diis vota facientem, fauſta retuliſſe: ſicut olim contigit Chryſæ Phœbi ſac. apud *Hom.* ſupplicanti πειρὰ δίνα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης. *Il. α.* cum

κωλύῃ ἤδη κατὰ φύσιν ζῆν με. ἢ [1] ἀπολείπεσθαι ἔτι τούτε δεῖ ἐμοὶ αἰτίαν, καὶ δεῖ τὸ μὴ διατηρεῖν τὰς ἐκ θεῶν ὑπομνήσεις, καὶ μόνον οὐχὶ διδασκαλίας. Τὸ αὐτάρκειν μοι τὸ σῶμα ὅπῃ τοσοῦτον ἐν τοιούτῳ βίῳ. Τὸ μήτε Βενεδίκτης ἄφαντος, μήτε Θεοδότε· ἀλλὰ καὶ ὕστερον ἐν ἐρωτικοῖς παθεσι γλυκύμυθον ὑμᾶναι. Τὸ χαλεπήναντα πολλάκις Ρυσίκῳ, μηδὲν πλέον ποιῆσαι, ἐφ' ᾧ ἂν μετέγνων. Τὸ μέλλειν νέαν τελευτᾶν τὴν τεκοῦσαν, ὅμως οἰκῆσαι μετ' ἐμοῦ τὰ τελευταῖα ἔτη. Τὸ ὁσάκις ἐθελήθην ὀπτικευρῆσαί τινι πενομένῳ, ἢ εἰς ἄλλο τι χρήζοντι, μηδέποτε ἀκοῦσαί με ὅτι οὐκ ἔστι μοι χρήματα ὅθεν χρήσηται· καὶ τὸ αὐτὸ ἐμοὶ χρείαν ὁμοίαν ὡς παρ' ἑτέρου μεταλαβεῖν, μὴ συμπεσεῖν. Τὸ τὴν γυναῖκα τοιαύτην ἔχειν, ὅτῳσι μάλ' πειθήνιον, ὅτῳ τ' φιλόστοργον, ὅτῳ τ' ἀφελῆ. Τὸ ὀπτησείων τροφέων εἰς τὰ παιδία ἀναπῆσαι. Τὸ δι' ὀνείρατων [2] βοηθήματα δεδῶναι, ἀλλά τε, καὶ ὡς μὴ πάνυ εὔμα, καὶ μὴ ἰλιγγιᾷν· καὶ [3] τότε ἐν Καϊήτῃ ὥσπερ χρήσῃ. ὅπως τε ἐπεθύμησα φιλοσο-

1 ἀπολείπας δὲ leg. Casaub. omisso ἢ.
2 De remediis ist. vide Cic. de Div. l. 1.
3 leg. τότε.

φίας, μὴ ἐμπεσεῖν εἴς τινα σοφιστὴν, μηδ' ἁποκαθίσαι ὅπου τὰς συγγραφεῖς. ἢ συλλογισμὸς ἀναλύειν. ἢ περὶ τὰ μετεωρολογικὰ καταγίνεσθαι. Παντὰ γὰρ ταῦτα θεῶν βοηθῶν καὶ τύχης δεῖται.

Τὰ ἐν [1] Κουάδοις πρὸς τῷ ζαμούρα. α'.

ιε'. [2] Εωθεν προλέγῳ ἑαυτῷ, Συντυγχάνομαι περίεργῳ, ἀχαρίστῳ, ὑβριστῇ, δολερῷ, βασκάνῳ, ἀκοινωνήτῳ. Πάντα ταῦτα συμβέβηκεν ἐκείνοις παρὰ τὸ ἀγνοιαν τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν. ἐγὼ δὲ τεθεωρηκὼς τὴν φύσιν τοῦ ἀγαθοῦ, ὅτι καλὸν, καὶ τοῦ κακοῦ, ὅτι αἰσχρὸν, καὶ τοῦ αὐτοῦ τοῦτο ἁμαρτάνοντος φύσιν, ὅτι μοι συγγενὴς· οὐχὶ αἵματος ἢ σπέρματος τοῦ αὐτοῦ, ἀλλὰ νοῦ, καὶ θείας ἀπομοίρας μέτοχος· οὔτε βλαβῆναι ὑπό τινος αὐτῶν δύναμαι· αἰσχρῷ γάρ με οὐδεὶς περιβάλλει· οὔτε ὀργίζεσθαι τῷ συγγενεῖ δύναμαι, οὔτε ἀπέχθεσθαι αὐτῷ. γεγόναμεν γὰρ πρὸς συνεργίαν, ὡς πόδες, ὡς χεῖρες, ὡς βλέφαρα, ὡς οἱ τοῖχοι τοῦ ἄνω καὶ τοῦ κάτω ὀδόντων. Τὸ οὖν αὐτοπραγεῖν ἀλλήλοις

1 Cum in Quados *Germ.* pop. bella gereret hoc autem lemma an ad antecedentia vel consequentia pertineat incertum eſt.

2 *Gat.* l. 2. hic auſpicatur, hac credo ratione adductus quod huc uſq; *Ant.* ſeriem quandam continuam tenuerit, quæ hic interrumpitur.

παρὰ

cum animum ad philoſophiam adjunxiſſem, non incidi in ſophiſtam aliquem, nec vulgaribus ſcriptoribus legendis tempus trivi, nec ſolvendis ſyllogiſmis, nec cœleſtibus curioſe perſcrutandis detentus ſum. Omnia enim hæc Deorum auxilio, fortunaque indigent.

Hæc in Quadis ad Granuam.

15. Mane ſtatim ſibi [1] prædicere, Erit ut hodie incidam in curioſum, ingratum, contumelioſum, doloſum, invidum, diſſociabilem. Omnia hæc iis evenerunt ignoratione bonorum & malorum. Ego vero, qui naturam boni perſpectam habeo, quod honeſtum ſit, & mali, quod turpe, ipſamque ejus qui peccat naturam, quod mihi ſit cognatus (non quia ejuſdem carnis eſt aut ſeminis, ſed mentis, & divinæ particulæ particeps) à nullo eorum lædi poſſum. Neque enim me in turpitudinem aliquam quiſquam invitum conjiciet. Ei porro quod mihi cognatum eſt, neque iraſci poſſum, neque infenſus eſſe: ut enim alter alterum juvaret in ſuo opere, eo nati ſumus, ut manus, ut pedes, ut palpebræ, ut ſuperiorum inferiorumque dentium ordines. Quare contra naturam eſt, ut invicem nobis repugne-

1 Intell. δεῖ, χρή, vel aliquid ſimile.

mus: atqui ſuccenſere & averſari ſe invicem, id quidem eſt repugnare.

16. Hoc quicquid ego ſum, id omne conſtat caruncula, animula & mente. Proinde miſſos fac libros, neque diſtrahere: non enim licet. Quin tu, ut mox vitam cum morte commutaturus, corpus ſperne, quod eſt tabus, oſſicula, &, reticuli muliebris inſtar, plexus nervorum, venarum, arteriarum. Animam quoque conſidera, qualis ea ſit: Spiritus nimirum, neque is idem ſemper, ſed qui in horas alius efflatur, alius ſorbetur. Reſtat tertia pars, principatum obtinens. Proinde ſic tecum reputa. Senex es: ne patere hanc principem partem ulterius ſervire, neque alieno & diſſociabili impetu raptari, neque fatum vel præſens inique ferre, vel impendens ſubterfugere. Quæ ad Deos ut auctores referuntur, ea providentiæ plena eſſe nemo dubitat. Quæ fortunæ vulgo adſcribuntur, ne illa quidem plane ſunt extra naturæ leges, fatalemque illum contextum complexumque rerum, quæ à providentia adminiſtrantur. Inde omnia fluunt: adde quod neceſſarium eſt, quicquid eſt, & toti univerſo (cujus tu pars es) conducibile. Porro autem quod natura univerſi fert, quod-

παρὰ φύσιν. ἀντιτερακτικὸν ὄν, τὸ ἀλγανακτεῖν καὶ ἀποτρέφεσθαι.

ιε'. Ο, τί ποτε τοῦτό εἰμι, σαρκίδιόν ἐστι, καὶ πνεῦμά που, καὶ τὸ ἡγεμονικόν. ἄφες τὰ βιβλία, μηκέτι σπῶ. ἃ δέδοται. ἀλλ' ὡς ἤδη ἀποθνήσκων, τῶν μὲν σαρκίων καταφρόνησον· λύθρος, καὶ ὀστάρια, καὶ [1] κροκύφαντος, ἐκ νεύρων, φλεβίων, ἀρτηριῶν πλέγμά που. θέασαι δὲ καὶ τὸ πνεῦμα ὁποῖόν τι ἐστὶν ἄνεμος· ἔδε ἀεὶ τὸ αὐτό, ἀλλὰ πάσης ὥρας ἐξεμέμψιον, καὶ πάλιν ἐξοφέμψιον. τρίτον δ' ἐστὶ τὸ ἡγεμονικόν. Ωδε [2] ἀπονοήθητι. Γέρων εἶ· μηκέτι τοῦτο ἐάσῃς δουλεῦσαι· μηκέτι καθ' ὁρμὴν ἀκοινώνητον [3] νευροσπασθῆναι· μηκέτι τὸ εἰμαρμένον, ἢ παρὸν δυσχεράναι, ἢ μέλλον ὑποδύεσθαι. Τὰ τῶν θεῶν τερατοίας μεστά. τὰ τῆς τύχης καὶ ἄνευ φύσεως ἢ συγκλώσεως, καὶ ἀπλοκῆς τῆς τερατοίας διοικεμμένων. πάντα ἐκεῖθεν ῥεῖ. πρόσεστι δὲ τὸ ἀναγκαῖον, καὶ τὸ τῷ ὅλῳ κόσμῳ συμφέρον,

---

1 Fortaſſe intel. partem illam corporis quæ Latinis omentum, Græc. χαλαμῶν ὃ σαγήνη dicitur, quæ etiam a *Pol.* vocatur νεύρων πλέγμα. *Gat.* deſignari putat totum contextum venarum, nervorum & arteriarum qui per univerſum corpus permeat, *Caſ.* ipſam cutem intel.

2 Fortaſſe leg. ἐπινοήθητι.

3 ἀνηλκεῶς ὡσανεὶ νεύροις τίσι.

ἃ μέ-

ξ μέρ☞ εἶ. παντὶ δὲ φύσεως μέρει ἀγαθὸν ὃ φέρει ἡ τοῦ ὅλυ φύσις, καὶ ὃ ἐκείνης ἐστὶ σωτικὸν. σώζυσι δὲ κόσμον ὥσπερ αἱ τ☞ στοιχείων, ἄτως καὶ αἱ τῶν συγκειμάτων μεταβολαί. ταῦτά σοι ἀρκείτω, ἀεὶ δόγματα ἔστω. τ☞ δὲ τ☞ βιβλίων δίψαν ξίφος, ἵνα μὴ γογγύζων ἀποθάνῃς, ἀλλὰ ἵλεως, ἀληθῶς, καὶ ἀπὸ καρδίας εὐχάριστ☞ τοῖς θεοῖς.

quodque ad eam facit conſervandam, id bonum eſt unicuivis univerſi particulæ. Conſervant autem mundum, quemadmodum elementorum, ita & ex ipſis concretarum rerum mutationes. Hæc ſufficiant tibi; decreta tua, placitaque ſemper iſta ſunto. Librorum vero ſitim projice, ne murmurans moriare, ſed vere placatus, atque ex animo gratiam diis agens.

M. ANTONINI *IMP.*

de seipso, & ad seipsum,

LIBER SECUNDUS.

MEmento quandiu hactenus ea distuleris, ac quoties præstituto tibi à diis tempore, eo non usus sis. Certe aliquando te animadvertere oportet, cujus mundi pars sis, & à quo mundi gubernatore defluxeris: tum finem præscripti tibi temporis futurum. Quod quidem tempus si tranquillitati animi parandæ non impenderis, elabetur, neque redibit unquam tibi defuncto.

2. Singulis horis animo in id incumbe, ut fortiter, quemadmodum Romano & viro convenit, id quod præ manibus est, peragas, acurata & non ficta gravitate, humanitate, liberalitate, justitiaque adhibitis. Interea animum tuum ab omnibus aliis cogitationibus abduc. * Quod ita fiet, si quodcunque egeris, id tanquam postremum acturus es: & ut ab omni levitate, ab impotenti mentis à recta

ratione

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ

αὐτοκράτορος, τὰ εἰς ἑαυτόν,

ΒΙΒΛΙΟΝ β'.

Μ Εμνησο ἐκ πόσα ταῦτα ἀναβάλῃ, καὶ ὁποσάκις παρεθεσμίας λαβὼν παρὰ τῶν θεῶν, ὑ χρᾷ αὐτῆς· δεῖ δὲ ἤδη ποτὲ αἰδεσθῆναι, πίνῳ κόσμε μέρος εἶ, καὶ πίνῳ διοικοῦντος τὸ κόσμον ἀπόῤῥοια ὑπάρξεως· καὶ ὅτι ὅρος ἔστι σοι παρειλεγμένος τῷ χρόνῳ· ι ᾧ ἐὰν εἰς τὸ μὴ ἀπαυθιάσαι χρήσῃ, οἰχήσεται, καὶ οἰχήσῃ, καὶ αὐδὶς οὐχ ἥξεται.

β'. Πάσης ὥρας 2 φρόντιζε σιβαρῶς, ὡς Ρωμαῖος καὶ ἀῤῥένως, τὸ ἐν χερσὶ μετὰ τὰ ἀκριβῆς καὶ ἁπλᾶς σεμνότητος, καὶ φιλοστοργίας, καὶ ἐλευθερείας, καὶ δικαιότητος ποιᾶσθαι, καὶ σχολὴν σαυτῷ ἀπὸ πασῶν τῶν ἄλλων φαντασιῶν ποιεῖσθαι. Ποιήσεις δ', ἂν ὡς ἑκάστῳ τῷ βίῳ, ἑκάστῳ πρᾶξιν ἐνεργῇς ἀ-

---

1 leg. ᾧ ἐὰν μὴ εἰς τὸ ἀπαιθρ.

2 Φρόντιζε, σιβαρῶς ὡς Ρωμαῖος· leg. Xyl. quasi σιβαρῶς, ad sequens πράσσειν referatur.

πλλα·

πολλαχοῦ πάσης εὐκαιρότητος, καὶ ἐμ-
παθοῦς ὑποφορᾶς ἀπὸ τοῦ[1] αἱρουντος λόγου,
καὶ ὑποκρίσεως, καὶ φιλαυτίας, καὶ δυσαρεσ-
τήσεως πρὸς τὰ συμμεμοιραμένα. Ορᾷς πῶς
ὀλίγα ἐστὶν, ὧν κρατήσας τις, δύναται εὔροον,
καὶ θεοφιλῆ βιῶσαι βίον· καὶ γὰρ οἱ θεοὶ πλέον
οὐδὲν ἀπαιτήσουσι τοῦ τοῦτα φυλάσ-
σοντος.

γ'. [2]Υβριζε ὕβριζε αὐτὴν ὦ ψυχή· τοῦ δὲ πρῶτον σεαυτὴν ἀκέπι καιρὸν ἕξεις. εὖ γὰρ ὁ βίος ἑκάστῳ. ἔστω δέ σοι χρεὼν δύνυσαι, μὴ αἰδεμένῃ σεαυτήν, ἀλλ' ἐν ᾧ ἄλλων ψυχαῖς πεφεμένῃ τὴν σὴν διμοιείαν.

δ'. 3 Περιασῷ τί σε τὰ ἔξωθεν ἐμπίπλοντα· καὶ σχολὴν πάρεχε σεαυτῷ τοῦ μεσσμανθάνειν ἀγαθόν τι, καὶ παῦσαι ξεμβόμβος, ἴδη δὲ καὶ τὴν ἑτέραν 4 περιφορὰν φυλακτέον. λητοῦσι γὰρ καὶ διὰ πράξεων, οἱ κεκμηκότες

---

1 ἀπὸ τοῦ κρείττονος λόγου scrib. *Annot. Lugd.* verum nihil mutandum est, & vertendum, à rationis dictamine, sive à rat. dictante vel convincente; quæ significatio verbi αἱρεῖσθαι non est inusitata.

2 Conjunctio καὶ quæ sequitur, legendum suadet μὴ περιασῷ σε.

3 ὑβρίζεις vel ὑβρίζει; legend. putat *Gat.*

4 παραφορὰν mavult *D. Jun.*

τὴν

ratione averſione, ab omni ſimulatione, nimiaque tui charitate; rerum denique, quæ tuæ ſorti æterna fatorum lege copulata ſunt, odio fugave, liberum ſit & immune, ſedulo laboraveris. Cernis, quam pauca ſint ea, quorum compos vitam felicem ac divinæ ſimilem vivere homo poteſt? nam ea qui adſervarit, ab eo dii nihil ultra exigunt.

3. Ignominia te ipſum affice anime: contemne teipſum inquam: ut enim honore teipſum afficias, non tibi præterea tempus ſuppetet. [1] In ſe enim & à ſemetipſo ſua cuique felicitas. Tibi autem vita jam prope exacta eſt, dum non ipſum te revereris, ſed in aliorum de te judiciis tuam felicitatem repoſitam habes.

4 Non patere ab iis quæ extrinſecus accidunt, te [2] circumagi, ſed otium tibi para ut boni aliquid addiſcas, ac vagari deſine. Eſt & alter declinandus error: ſunt enim qui factis ſuis quaſi delirant & nugantur: qui ſcilicet in vita languide & flaccide ſe gerunt, nullo certo ſcopo ſibi

---

1 *Caſ.* deſiderari putat unam aut alteram vocem. & leg. ἐῦ γὰρ ὁ βίος ἐκάστῳ παρ' ἑαυτῷ vel αἰδεμένῳ ἑαυτὸν. *Gat.* leg. φεύγει ὁ βίος ἐκάστῳ *Boot.* ἐῖς γαρ, &c.

propositō, ad quem conatus suos, & omnes omnino cogitationes, (ut qui jaculaturi sunt) dirigant, & intendant.

5. Haud temere quisquam repertus est infelix ea de causa quod non inquireret quid aliorum animis accideret: qui vero sui ipsius animi motus certa ratione consilioque non gubernat, necessario miser est.

6. Horum semper oportet recordari: quæ sit universi natura, quæ mea, quomodoque hæc ad illam sit affecta, qualis ea pars cujus totius sit: adhæc, neminem esse qui obstet, quo minus semper ea, quæ naturæ (cujus tu pars es) sint consentanea, & agas, & dicas.

7. Docte Theophrastus, & ut philosophum decebat, ubi peccata cum peccatis comparat, (nam populari quadam ratione peccata comparari nihil prohibet) ea quæ per cupiditatem committuntur peccata, graviora esse iis quæ per iram, pronunciat. Etenim iratus videtur cum dolore quodam, & occulta animi contractione, à recta ratione divertere: qui vero per cupiditatem peccat, victus à voluptate, intemperantiorem quodammodo animum, magisque effœminatum prodit. Recte igitur, & ut philosopho dignum erat, in majori esse culpa pronunci-

τῷ βίῳ, καὶ μὴ ἔχοντες σκοπὸν, ἐφ' ὃν πᾶσα ὁρμὴν καὶ πᾶσα φαντασίαν ἀπευθύνωσιν.

ε'. Παρὰ μὲν τὸ μὴ ἐφικάνειν τι ἐν τῇ ἄλλῃ ψυχῇ γίγνεται, ἢ ἐξαπίνης τις ὤφθη κακοδαιμονῶν· τὰς δὲ τοῖς τῆς ἰδίας ψυχῆς κινήμασι μὴ παρακολουθοῦντας, ἀνάγκη κακοδαιμονεῖν.

ς'. Τίνων ἀεὶ δεῖ μεμνῆσθαι. πῖς ἡ τῶν ὅλων φύσις, καὶ πῖς ἡ ἐμὴ, καὶ πῶς αὕτη πρὸς ἐκείνην ἔχουσα, καὶ ὁποίου τινὸς μέρους, ὁποίᾳ τῆς ὅλης οὖσα. καὶ ὅτι οὐδεὶς ὁ κωλύων τὰ ἀκόλουθα τῇ φύσει, ἧς μέρος εἶ, πράσσειν τε ἀεὶ καὶ λέγειν.

ζ'. Φιλοσόφως ὁ Θεόφραστος ἐν τῇ συγκρίσει τῶν ἁμαρτημάτων, ὡς ἂν τις κοινότερον τὰ τοιαῦτα συγκρίνειε, φησί. βαρύτερα εἶναι τὰ κατ' ὀρεξιν ἢ κατ' ὀργήν. ὁ γὰρ θυμούμενος μετὰ πόνου λύπης καὶ ἐλλιπείας συσολῆς φαίνεται τὸν λόγον ἀποστρεφόμενος· ὁ δὲ κατ' ὀρεξιν ἁμαρτάνων, ὑφ' ἡδονῆς ἡττώμενος ἀκολασότερός πως φαίνεται, καὶ ἁπλούστερος ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ. ὀρθῶς ἔν καὶ φιλοσοφίας ἀξίως ἔφη, μεῖζον ἐγκλήματος ἔχεσθαι τὸ μετ' ἡδονῆς ἁμαρτανόμενον, ἢ τὸ μετὰ λύπης. ὅλως τε ὁ μὲν παρηνωχημένῳ μᾶλλον

ἔοικε, καὶ διὰ λύπην ἀναγκασμόν σου μωθῆναι. ὁ δὲ, αὐτόθεν πρὸς τὸ ἀδικεῖν ὥρμηται, φερόμενος ὅπῃ τὸ πρᾶξαί τινα κατ' ὀρεξιν.

ιδ'. Ως ἤδη διωατὸν ὂν τὸν ἐξιέναι τοῦ βίου, οὕτως ἕκαστα ποιεῖν καὶ διανοεῖσθαι. Τὸ δὲ ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθεῖν, εἰ μὴ θεοί εἰσιν, ἢ δὲν δεινόν. κακῶν γάρ σε οὐκ ἂν ἐμβάλοιεν. Εἰ δ' ἤτε οὐκ εἰσιν, ἢ οὐ μέλει αὐτοῖς τῶν ἀνθρωπείων· τί μοι ζῆν ἐν κόσμῳ κενῷ θεῶν, ἢ προνοίας κενῆς; ἀλλὰ καὶ εἰσι, καὶ μέλει αὐτοῖς τῶν ἀνθρωπείων· καὶ τοῖς μὴ κατ' ἀλήθειαν κακοῖς, ἵνα μὴ ἐμπίπτῃ ὁ ἄνθρωπος, ἐπ' αὐτῷ τὸ πᾶν ἔθεντο. τῶν δὲ λοιπῶν εἴ τι κακὸν ἦν, καὶ τοῦτο ἂν προῄδοντο. ἵνα ἐπὴ παίτη τὸ μὴ ἐμπίπτειν αὐτῷ. ὁ δὲ χείρω μὴ ποιεῖ ἄνθρωπον, πῶς ἂν τοῦτο βίον ἀνθρώπου χείρω ποιήσειεν, οὔτε δὲ κατ' ἄγνοιαν, οὔτε εἰδὼς μὲν, μὴ διωάμενον δὲ προφυλάξασθαι, ἢ διορθώσασθαι ταῦτα, ἢ τῶν ὅλων φύσις παρεῖδεν ἂν· ὅτ' ἂν τηλικοῦτον ἥμαρτεν ἤτοι παρ' ἀδιωαμίαν, ἢ παρ' ἀτεχνίαν, ἵνα τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ ὁπόσης τοῖς τε ἀγαθοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς κακοῖς πέφυρμένως συμβαίνῃ. θάνατος δέ γε καὶ ζωὴ, δόξα καὶ ἀδοξία,

nunciavit, cui voluptas, quam cui dolor peccandi fuisset causa: ac omnino hic ante læsus, & propter dolorem iratus; ille sponte sua ad delinquendum cupiditatis explendæ causa fertur.

8. Omnia tibi ita & agenda sunt, & cogitanda, ut si jam nunc vitam in exitu esse arbitreris. Cæterum è vivis discedere, siquidem dii sunt, nihil habet incommodi: neque enim ii te aliquo malo sunt affecturi. Sin autem, vel non sunt dii, vel res humanas non curant, quid attinebat vivere in mundo Deûm, ac providentiæ vacuo? Enimvero & sunt dii, & rerum humanarum curam gerunt: & ut ne homo in ea, quæ re vera sunt mala, incideret, id quidem in ejus potestate posuerunt: in reliquis rebus si quid mali inesset, utique & hic ei prospexissent, ne omnino in malum invitus incideret. Quod vero hominem deteriorem non efficit, quonam id modo vitam ejus posset reddere pejorem? Et quidem universi natura nunquam neque per ignorationem, neque sciens quidem, non valens autem cavere aut emendare, tantum (sive imbecillitate factum dicas, sive ignorantia) facinus admiserit, ut bona & mala bonis malisque hominibus promiscue & ex æ-

quo accidant. Atqui mors & vita, honor & ignominia, dolor & voluptas, opes & paupertas, omnibus hæc univerſa eadem ratione hominibus cum bonis tum malis contingunt, ſuntque neque honeſta, neque turpia: ergo neque bona quidem, neque mala.

9. Quam celeriter omnia corpora quidem ipſa in mundi naturam, memoriæ autem ipſorum in ævum reſoluta evaneſcunt? Omnia quæ ſub ſenſum cadunt, ac præſertim ea, quæ vel voluptate alliciunt, vel dolore terrent, vel faſtu ſuo clara ſunt, quam vilia ſunt ea omnia, & contemptione digna, quam ſordida, obnoxia interitui, & mortua?

10. Intelligentis eſt naturæ, indagare quidnam ſint ii, quorum opiniones & voces gloriam pariunt. Quidnam ſit mors. Certe ſi quis eam per ſe intueatur, cogitationeque omnia ab ea ſeparet, quæ ei ineſſe videntur, is jam nihil aliud exiſtimabit eſſe mortem, quam opus naturæ. At vero puer eſt, qui naturæ aliquod opus formidat. Et quidem mors non opus ſolum eſt naturæ, ſed & prodeſt ei. Quonam modo Deus hominem attingat

&

ἀδοξία, πόνῳ καὶ ἡδονῇ, πλούτῳ καὶ πενία, παύτα ταῦτα ὁπόσης συμβαίνει ἀνθρώπων τοῖς τε ἀγαθοῖς καὶ τοῖς κακοῖς, ὅτε καλὰ ὄντα, ὅτε αἰσχρά· ὅτ' ἄρ' ἀγαθά, ὅτε κακά ὄζι.

θ'. Πῶς παύτα ταχέως ἐναφανίζεται, τῷ μὲ κόσμῳ αὐτὰ τὰ σώματα· τῷ δὲ αἰῶνι αἱ μνῆμαι αὐτῶν· Οἷά ὄζι τὰ αἰσθητὰ παύτα, καὶ μάλισα τὰ ἡδονῇ δελεάζοντα, ἢ τῷ πόνῳ φοβοῦντα, ἢ τῷ τύφῳ διαβεβομένα. πῶς εὐτελῆ καὶ εὐκαταφρόνητα, καὶ ξυπαρά, καὶ σῦφθαρτα, καὶ νεκρά.

ι'. Νοερᾶς δυνάμεως, ἐφιςάναι τί εἰσιν ἤτοι ὧν αἱ ὑπολήψις καὶ αἱ φωναί, [1] τὴ εὐδοξίαν. Τί ὄζιν τὸ ἀποθνεῖν, καὶ ὅπ ἐάν πις αὐτὸ μίνον εἰδῇ, καὶ τῷ μεεισμῷ τ' ἐννοίας, διαλύσῃ τὰ ἐμφανταζόμενα αὐτῷ, ἀκέπ ἄλλο π ὑπολήψεται αὐτὸ εἶ), ἢ φύσεως ἔργον. Φύσεως δὲ ἔργον εἴπις φοβεῖται, παιδίον ἐςι. τοῦτο μέν τοι ἀ μόνον φύσεως ἔργον ὄζιν, ἀλλὰ καὶ συμφέρον αὐτῇ. Πῶς ἅπεται δεῖ ἀνθρωπ@,

---

1 intell. παρέχσι, χαρίζονται, vel aliquid simile.

καὶ

κὴ κτ' τὸ αὐτῦ μέρος, ι κὴ ὅταν πῶς ἔχῃ διακέηται τὸ τ̃ ἀνθρώπε τῦτο μόριον.

ια'. Οὐδὲν ἀηλιώτερον τῦ παίτα κύκλῳ ἐκπορευομένε, κὴ τὰ νέρθεν χῆς, φησὶν, ἐρευνῶντος, κὴ τὰ ἐν τ̃ ψυχαῖς τ̃ῦ πλησίον διὰ τηκμάρσεως ζητῦντος, μὴ αἰδομένε δὲ ὅτι ἀρκεῖ πρὸς μόνῳ τῷ ἔνδον ἑαυτῦ δαίμονι ἔι), κὴ τῦτον γνησίως θεραπεύειν. θεραπεία δὲ αὐτῦ καθαρὸν πάθος διατηρεῖν, κὴ εἰκαιότητος, καὶ δυσαρεστήσεως τ̃ πρὸς τὰ ἐκ θεῶν κὴ ἀνθρώπων γινόμενα. Τὰ μὲν γὰρ ἐκ θεῶν αἰδέσιμα δι' ἀρετήν· τὰ δὲ ἐξ ἀνθρώπων φίλα διὰ συγγένειαν. Εστι δὲ ὅτε κὴ βόπον πνὰ ἐλεεινὰ δι' ἄγνοιαν ἀγαθῶν κὴ κακῶν. τὸ ἐλάττων ἡ πήρωσις αὕτη τ̃ στοιχείε τ̃ ἀμφικρίνειν τὰ λευκὰ καὶ μέλαινα.

ι Variæ ſunt doctorum de hujus loci lectione conjecturæ. *Boul.* leg. κ ὅταν πῶς ἔχον διάκειται. *Gat.* tranſp. vocibus κὴ πῶς ἔχῃ ὅταν διάκηται, quomodo ſe habeat ubi permeaverit, *ad Deum ſc.* vel ὅταν διακέηται. ubi diffuſa fuerit & ſoluta, à corporis compage, *Caſ.* & rectius fortaſſe, κὴ ὅταν πῶς ἔχῃ ἡ διακέηται. vel etiam κὴ ὅταν πῶς ἔχῃ ἢ διαχέηται diverſo tamen à *Gat.* ſenſu, eodem nempe quo ipſe *Ant.* verb. διαχέω accipit infra lib. 8. ubi de animæ χύσει & διαχύσει agit.

ιβ'. Κεφ.

& qua hominis parte: præterea quomodo afficiatur eo tactu pars illa.

11. Nihil miſerius eſt eo, qui omnia circulando ſcrutatur, & (quod aiunt) ea etiam quæ ſunt infra [1] terram rimatur, conjecturaque ea quæ in aliorum animis inquirit, neque ſentit ſufficere, ut ſuum quiſque qui in ipſo ineſt genium obſervet, eumque ſincere colat. Colitur autem, ſi quis ſeipſum ab animi perturbationibus, à vanitate, ab indignatione eorum cauſa quæ à diis aut hominibus aguntur concepta, vacuum conſervet. Quæ enim dii agunt, virtutis cauſa honorem; quæ homines, cognationis nomine amorem merentur: nonnunquam etiam quandam miſerationem, quatenus ejus quod vere bonum, malumve eſt, ignorantia ad agendum impelluntur: quæ ſane cæcitas non minor ea reputanda eſt, qua ne inter album & [2] nigrum diſcernere poſſimus, impedimur.

---

1 χᾶς leg. *Gat.* & Pindari verba eſſe contendit.

2 leg. μέλαινα.

12. Quod

12. Quod si tria annorum millia tibi vivenda forent, insuperque triginta alia, tamen recordandum tibi est, neminem aliam ab ea quam vivit vitam amittere, neque aliam vivere quam eam quam amittit. Itaque eodem redeunt longissimum spatium & id quod est brevissimum. Nam quod præsens est, id omnibus idem est; quanquam id quod periit, non sit idem. Id vero quod amittitur, temporis tantum [1] punctum esse, hinc appareret. Etenim neque præteritum aliquis, neque futurum quicquam amittere potest: qui enim id ei adimatur, quod ne habet quidem? Duo itaque hæc memoria sunt tenenda. Unum, omnia ab æterno esse ejusdem formæ, atque circulo revolvi; neque differre quicquam, eademne centum aliquis, aut ducentis annis, an vero infinito videat tempore. Alterum, quod is qui diutissime vixit, & is qui celerrime moritur, tantundem amittunt: eo enim tantum privantur, quod præsens est, quando id etiam solum habent; quod autem non habetur, ne id deperditur quidem.

13. Universa esse sita in opinione: quod patet ex his quæ cum Monimo

[1] ἀκίνητον leg. *Xyl.*

Cy-

ιβ'. Κἂν τρισχίλια ἔτη βιώσεσθαι μέλλῃς, κὴ πισακόσια μύρια, ὅμως μέμνησο, ὅτι οὐδεὶς ἄλλον ἀποβάλλει βίον, ἢ τοῦτον ὃν ζ�ᾷ· οὐδὲ ἄλλον ζῇ, ἢ ὃν ἀποβάλλει. [1] εἰς τοῦτο ἓν καθίσαται τὸ μήκιστον τῷ βραχυτάτῳ. τὸ γὰρ παρὸν πᾶσιν ἴσον, εἰ κὴ τὸ ἀπολλύμενον οὐκ ἴσον, κὴ τὸ ἀποβαλλόμενον ἔτως ἀκαιρότατον ἀναφαίνεται. οὔτε γὰρ τὸ παρῳχηκὸς, οὔτε τὸ μέλλον ἀποβάλλοι ἄν τις. ὃ γὰρ οὐκ ἔχει, πῶς ἄν τις τοῦτο αὐτοῦ ἀφέλοιτο, τοῦτων οὖν χρὴ δύο δεῖ μεμνῆσθαι· ἑνὸς μὲν, ὅτι πάντα ἐξ αἰδίου ὁμοειδῆ, κὴ ἀνακυκλέμενα, κὴ οὐδὲν διαφέρει, πότερον ἐν ἑκατὸν ἔτεσιν, ἢ ἐν διακοσίοις, ἢ ἐν τῷ ἀπείρῳ χρόνῳ τὰ αὐτά τις ὄψεται. ἑτέρου δὲ, ὅτι κὴ ὁ πολυχρονιώτατος, κὴ ὁ τάχιστα τεθνηξόμενος, τὸ ἴσον ἀποβαλλῇ. Τὸ γὰρ παρὸν ὀξὺ μόνον ἔστερῆσθαι μέλλῃ, ὅσῳ γε ἔχει, καὶ τοῦτο μόνον. καὶ ὃ μὴ ἔχει τις, οὐκ ἀποβάλλει.

ιγ'. Οτι πᾶν ὑπόληψις. δῆλα μὲν γὰρ τὰ πρὸς τ[2] κυνικὸν Μόνιμον λεγόμενα·

---

1 leg. εἰς πάντα ἓν.

2 *Casaub.* legendum putat τὰ πρὸς τὸν κυνικὸν Μονίμου λεγόμενα, ut Monimi ipsius scripta designentur.

δῆλον

δῆλον δὲ καὶ τὸ χρήσιμον τῶ λεγομένε. Εάν τις αὐτῶ τὸ νόσιμον μέχει τῶ ἀληθῶς δέχηται.

ιδ'. Υβρίζει ἑαυτὸν ἡ τοῦ ἀνθρώπε ψυχή· μάλισα μὲν, ὅταν ἀπόσημα, καὶ οἷον φῦμα κόσμε ὄσον ἐφ' ἑαυτῆ γένηται. τὸ γὰρ δυσχεραίνειν τινὶ τῶν γινομένων ἀπόσασίς ἐςι τῆς φύσεως, ἧς ἐν μέρει, ἐκάσε τῶν λοιπῶν φύσεις ἀνθέχονται· ἔπειτα δὲ, ὅταν ἄνθρωπόν τινα ἀποτραφῇ, ἢ καὶ ἐναντία φέρηται, ὡς βλάψασα, οἷαί εἰσι αἱ τοῦ ὀργιζομένων. Τρίτον ὑβρίζει ἑαυτὴν, ὅταν ἡσθῆτινος ἡδονῆς, ἢ πόνε. Τέταρτον, ὅταν ὑποκείνηται, καὶ ὑποπλάσως, καὶ ἀναλήθως τι ποιῇ, ἢ λέγῃ. Πέμπτον, ὅταν πεποίηται τινα ἑαυτῆς καὶ ὁρμᾷ, ἐπ' ἀδένα σκοπὸν ἀφίῃ, ἀλλὰ εἰκῆ καὶ ἀπαρακολυθήτως ὅπῃ ἐνεργῇ. Δέον καὶ τὰ μικρότατα, χωρὶς τοῦ ὅτι τὸ τέλος ἀναφορὰν γίνεθαι. Τέλος δὲ λογικῶν ζώων τὸ ἕπεθαι τῷ τῆς πόλεως καὶ πολιτείας τῆς πρεσβυτάτης λόγῳ καὶ θεσμῷ.

ιε'. Τῆς ἀνθρωπίνε βίε ὁ μὲν χρόνος στιγμὴ· ἡ δὲ ὐσία, ῥέουσα· ἡ δὲ αἴσθησις, ἀμυδρὰ· ἡ δὲ ὅλη τοῦ σώματος σύγκρι-

Cynico ſunt diſputata. Perſpicua autem eſt ejus quod dictum eſt utilitas, ſi quis eatenus ejus ſuavitatem admittat, quatenus veritati congruit.

14. Anima hominis contumelia ſeipſam multis modis afficit. Primo, quum quantum in ſeipſa ſitum eſt, abſceſſus quidam, & quaſi ulcus mundi fit. Quicunque enim ea quæ fiunt, iniquo fert animo, à communi rerum natura diſcedit, quæ reliquas omnes ſingulares naturas ut partes ſui in ſe complectitur. Deinde, quum hominem aliquem averſatur, aut alicui tanquam læſura, quod iratæ ſolent, adverſatur. Tertio, quum voluptati aut dolori ſuccumbit. Quarto, quum ſimulat, ficteque aliquid aut falſo, ſeu facit, ſeu loquitur. Quinto, quum ſi quam actionem aut conatum ad nullum certum ſcopum dirigit; ſed temere quicquam, & inconſequenter agit: quum oporteat etiam minima quæque ad certum finem referri. Finis autem animanti ratione prædito propoſitus eſt ut rationem atque Legem civitatis & Reipublicæ vetuſtiſſimæ ſequatur.

15. Humanæ quidem vitæ tempus, momentum eſt, natura fluxa, ſenſus obſcurus: totius corporis temperamentum putreſcit facile, anima vagæ

eſt; fortuna quæ ſit, difficile eſt colligere; fama incerta eſt. Atque ut ſummam rei dicam, omnia quæ ad corpus pertinent, fluvii naturam habent; quæ ad animam, inſomnii & fumi: vita bellum eſt, & peregrinatio; fama poſt mortem, oblivio eſt. Quid ergo eſt quod tuto hominem poſſit deducere? philoſophia. Ea vero in hoc conſiſtit, ut genium qui in te eſt, ab omni contumelia vindices, & injuria: voluptatibus & doloribus ſuperiorem præſtes: ut nihil fruſtra, nihil ficte aut falſo agat: alterius opera denique gratiave, quo fiat aliquid aut non fiat, minime indigeat. Præterea, ut ea quæ accidunt, fatove eveniunt, ita accipiat, tanquam inde miſſa, unde ipſe quoque venerit. Poſtremo, ut placido mortem animo expectet, quippe nihil aliud, quam diſſolutionem elementorum eorum, ex quibus unumquodlibet animal concretum eſt. Jam ſi ipſis elementis nihil mali ſingulis evenit continentibus iſtis mutationibus, quibus ipſa inter ſe alia identidem in alia vertuntur: quænam cauſa eſt, cur de mutatione univerſi corporis, diſſolutioneque ſiniſtrum quicquam ſuſpicari debeamus? Ea certe ſecundum naturam fiat: nihil vero malum eſt, quod natura evenit. Hæc Carnunti.

M. AN-

σύγκρισις, εὔσπλαγχνον· ἡ δὲ ψυχὴ, ξύμβιος· ἡ δὲ τύχη, δυσέκμαρτον· ἡ δὲ φήμη, ἄκριτον. συνελόντι δὲ εἰπεῖν, πάντα τὰ μὲν τοῦ σώματος, ποταμός· τὰ δὲ τῆς ψυχῆς, ὄνειρος καὶ τύφος. ὁ δὲ βίος, πόλεμος, καὶ ξένης ὑπόδημία· ἡ δὲ ὑστεροφημία ἦν, λήθη. τί ἂν τὸ πυρὰ πέμψαι δυνάμενον; ἓν καὶ μόνον φιλοσοφία. τοῦτο δὲ, ἐν τῷ τηρεῖν τὸ ἔνδον δαίμονα ἀνύβριστον, καὶ ἀσινῆ, ἡδονῶν καὶ πόνων κρείσσονα, μηδὲν εἰκῇ ποιοῦντα, μηδὲ δὲ διεψευσμένως καὶ μεθ' ὑποκρίσεως· ἀνενδεῆ τοῦ ἄλλου ποιῆσαί τι, ἢ μὴ ποιῆσαι. ἔτι δὲ τὰ συμβαίνοντα καὶ ὑπονεμόμενα δεχόμενον, ὡς ἐκεῖθέν ποθεν ἐρχόμενα, ὅθεν αὐτὸς ἦλθεν. ὀπὶ πᾶσι δὲ τὸν θάνατον ἴλεῳ τῇ γνώμῃ περιμένοντα. εἰς ὢν δὲν ἄλλο ἢ λύσιν τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν ἕκαστον ζῴων συγκείνεται. Εἰ δὲ αὐτοῖς τοῖς στοιχείοις μηδὲν δεινὸν ἐν τῷ ἑκάστου δυνεκῶς εἰς ἕτερον μεταβάλλειν. διὰ τί ὑποδυταί τις τὴν πάντων μεταβολὴν καὶ διάλυσιν; χῆ φύσιν γάρ. ὐδὲν δὲ κακὸν χῆ φύσει. Τὰ ἐν [1] Καρνύντῳ.

---

1 leg. Καρνούντῳ, unde constat libros hos, priores saltem duos, tempore Marcomannicæ expeditionis, in Pannonica (cujus oppidum est Carnuntum) scriptos fuisse.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΟΝΙΝΟΥ

αὐτοκράτορος, τὰ εἰς ἑαυτόν,

ΒΙΒΛΙΟΝ γ'.

Οὐχὶ τοῦτο μόνον δεῖ λογίζεσθαι, ὅτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπαναλίσκεται ὁ βίος, καὶ μέρος ἔλαττον αὐτοῦ καταλείπεται. ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνο λογιστέον, ὅτι εἰ ὀλίγῳ πλέον βιώη τις, ἐκεῖνό γε ἄδηλον, εἰ ἐξαρκέσῃ ὁμοία αὕτη ἡ διάνοια, πρὸς τὴν σύνεσιν τῶν πραγμάτων, καὶ τὴν θεωρίαν τῆς συντεινούσης εἰς τὴν ἐμπρέπειαν τοῦ τε θείων καὶ τῶν ἀνθρωπείων. ἐὰν γὰρ παραλιπεῖν ἄρξηται, τὸ μὴ ἀμφιπεῖσθαι, καὶ βέφεσθαι, καὶ φαντάζεσθαι, καὶ ὁρμᾶν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, καὶ ἐνδέησει. Τὸ δὲ ἑαυτῷ χρῆσθαι, καὶ τὰς τῶν καθήκοντος ἀριθμὰς ἀκριβῶς, καὶ τὰ φαινόμενα [1] διαθρῶν, καὶ μὴ αὐτὸ τοῦτο εἰ ἤδη ἐξακτέον αὐτὸν ἐφιστάνειν, καὶ ὅσα τοιαῦτα λογισμοῦ συγγυμνασμένου πάνυ χρήζει, παραπεπτώκασιν. χρὴ οὖν ἐπείγεσθαι, καὶ μόνον

1 *Xyl.* vertit corrigere, quasi *Ant.* scripsisset διορθῶν, non διαθρῶν.

τοῦ

M. ANTONINI *IMP.* de seipso, & ad seipsum,

LIBER TERTIUS.

NOn hoc tantum est considerandum, singulis diebus vitam consumi, partemque ejus indies minorem relinqui: sed & hoc cogitandum, quod etsi quis diutius sit victurus, incertum tamen est, eadem vis mentis ad intelligentiam rerum, & contemplationem qua divinarum humanarumque rerum peritia comparatur, an suppeditatura sit. Etenim si delirare semel cœperit homo, spirabit quidem nihilominus, nutrietur, imaginabitur, appetet, reliquasque id genus facultates retinebit: ea vero vis, qua seipso uti queat, rationes officii subducere accuratas, quæ animo percepit in ordinem collocare, de eo ipso an jam tempus sit vitam relinquendi deliberare, ac si quæ alia sunt, ad quæ obeunda ratione probe exercitata opus est, ea inquam vis jam ante extincta erit. Festinandum est igitur, non ideo solum, quod indies morti propiores simus,

sed & quia rerum intelligentia & certa comprehensio nos ante exitum vitæ destituit.

2. Id quoque observandum, ea quæ consequentia quadam his quæ natura fiunt adnascuntur, habere nonnihil gratiæ & oblectationis. Ut quum panis coquitur, videmus quasdam particulas ejus divelli: quod ipsum etsi quodammodo præter institutum pistoriæ artis accidat, ut partes ullæ sic hient & diducantur, habet tamen res nonnihil decoris, appetitumque cibi suo quodam modo excitat. Ficus quoque quum maxime maturæ sunt, fatiscunt; itemque olivis maturissimis quiddam putredini proximum, pulchritudinem peculiarem addit. Jam spicæ deorsum se flectentes, leonis supercilium, spuma aprorum ex ore effluens, multaque ejusmodi sunt alia, quæ si quis seorsum consideret, longe absunt à pulchritudine; tamen quia rebus naturalibus accidunt, & eas consequuntur, eo & ornatum his adfetunt, & visa delectant. Quare, qui sic affectus est, ut profundiore quadam intelligentia naturæ opera complectatur, non potest, quin & illa pleraque quæ necessaria consequentia rebus naturalibus accidunt, non invenuste sic concinnata & coagmentata judi-

ι τῷ ἐγγυτέρω τ θανάτου ἑκάστοτε γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τὴν ἐννόησιν τ πραγμάτων, καὶ τὴν παρακολούθησιν, πρᾳότερον ἔχειν.

β'. Χρὴ καὶ τὰ τοιαῦτα παραφυλάττειν ὅπ καὶ τὰ ὀπτιγινόμενα τοῖς φύσει γινομένοις, ἔχει τι ἔυχαρι καὶ ἐπαγωγόν. οὕτ ἄρτου ὀπτωμένου παραῤῥήγνυταί πνα μέρη. καὶ ταῦτα ἔν τε διέχοντα ὕπνου καὶ πρόπον πνὰ παρὰ τὸ ἐπαγγελμα τ ἀρτοποιίας ἔχοντα, ὀπτωρέπει πως καὶ πρὸς μίαν πρὸς τὴν ὄψιν ἰδίως ἀνακινεῖ. πάλιν τε τὰ σῦκα ὁπότε ὡραιότατά ὄξι κέχηνεν. καὶ ἐν τ δρυπετέσι ἐλαίαις, αὐτὸ τὸ ἐγγὺς τῆ σήψει, ἰδιόν τι κάλλος τῷ καρπῷ προσίδησιν. οἱ σάχυες δὲ κάτω νεύοντες, καὶ τὸ τ λέοντος ὀπισκώιον, καὶ ὁ τ συῶν ἐκ τε στόματος ῥέων ἀφρὸς, καὶ πολλὰ ἕτερα κατ' ἰδίαν εἴ τις σκοποίη, πόῤῥω ὄντα τε ἀρεσθῆς, ὅμως διὰ τὸ τοῖς φύσει γινομένοις ἐπακολουθεῖν, συνεπικοσμεῖ, καὶ ψυχαγωγεῖ. ὥστε εἴ τις ἔχοι πάθος καὶ [2] ἔννοιαν βαθυτέραν πρὸς τὰ ἐν τῷ ὅλῳ γινόμενα, χεδὸν οὐδὲν ἀχὶ δόξει

---

1 διὰ τὸ leg. *D. Jun.*

2 *Casaub.* putat *Ant.* scripsisse ἔννοιαν.

αὐτῷ καὶ τῷδε κατ' ἐπακολούθησιν συμβαινόντων ἡδέως πως ἀφομοιώσασθαι. ὅπως ὁ καὶ θηρίων ἀληθῆ χάσματα, ἐχ ἧσον ἡδέως ἄψεται, ἢ ὅσα γραφεῖς, καὶ πλάσαι μιμέμψοι δεικνύσιν. καὶ γραὸς καὶ γέροντος ἀκμιλιὰ πνα καὶ ὥραν, καὶ τὸ ἐν παισὶν ἐπαφρόδιτον, τοῖς ἑαυτῆ σώφροσιν ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν δυνήσεται. καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἡ παιτὶ πθανὰ, μόνῳ ὁ τῷ πρὸς τ φύσιν, καὶ τὰ ταύτης ἔργα γνησίως ᾠκειωμένῳ πρεσπεσεῖται.

γ'. Ἱπποκράτης πολλὰς νόσους ἰασάμενος, νοσήσας ἀπέθανεν. οἱ χαλδαῖοι πολλῶν θανάτους προηγόρευσ· εἶτα καὶ αὐτοὺς τὸ πεπρωμένον κατέλαβεν. Ἀλέξανδρος καὶ Πομπήϊος, καὶ Γάϊος Καῖσαρ, ὅλας πόλεις ἀρδην τοσαυτάκις ἀνελόντες, καὶ ἐν παρατάξει πολλὰς μυριάδας ἱππέων καὶ πεζῶν κατακόψαντες, καὶ αὐτοί ποτε ἐξῆλθον τοῦ βίου. Ἡράκλειτος, πολλὰ τ κόσμου ἐκπυρώσεως τοσαῦτα φυσιολογήσας, ὕδατος τὰ ἐντὸς πλησθεὶς, βολβίτῳ κατακεχρισμένος ἀπέθανεν. Δημόκριτον ὁ, οἱ φθεῖρες. Σωκράτην ὁ, [1] ἄλ-

[1] Anytum intell. & Melitum, Socratis accusatores.

λοι

judicet. Itaque veros belluarum rictus haud minori cum voluptate aſpiciet, quam quos pictores & fictores effingunt: vetulæ etiam & ſenis maturam ætatem,[1] puerorumque propriam venuſtatem caſtis oculis intuebitur: multaque alia cernet, non apud omnes fidem invenientia, ſed apud eos ſolum, qui ad intimam naturæ familiaritatem contemplandis ejus operibus ſe totos applicarunt.

3. Hippocrates quum multos ſanaſſet morbos, ipſe morbo deceſſit. Chaldæi multis finem vitæ prædixerunt: poſt ipſos etiam fatum arripuit. Alexander, Pompeius, & C. Cæſar, quum totas urbes toties funditus deleviſſent, commiſſoque prælio multa equitum peditumque millia cecidiſſent, ipſi quoque tandem vita exceſſerunt. Heraclitus, multa de natura rerum, & mundi conflagratione quum diſputaſſet, ipſe intercute aqua diſtentus, ſtercore bubulo oblitus mortem obiit. Democritum pediculi, Socratem

---

1 Τὸ ἐν παῖπν ἐπαφρ. Mallet legere *caſ.* quod formoſi pueri mentio huic loco non competat, ubi de naturali pulchritudine rerum vulgo deformium agitur; niſi forte [τὸ] κρὶ idem hic ſignificet, quod [τὸ] ἐχ ἧσσον ἡδέως in præced. vel ſcripſerit *Ant.* in ſequ. τοῖς ἐαυ]οῖς pro τοῖς αὐ]οῖς iiſdem oculis quibus, &c.

aliud

aliud pediculorum genus, nequissimi bipedes, interemerunt. Quorsum hæc ingressus es vitam, navigasti, vectus es: discede. Quod si abeundum est in aliam vitam, equidem ne ibi quidem erit quicquam diis vacuum: sin omnis sensus adimetur, & gaude quod tandem aliquando cum doloribus & voluptatibus conflictari desines, & servire vasi tanto deteriori. Quinimo quod servit, id supererit, nimirum mens & genius: cum vas illud terra sit, & tabus.

4. Reliquum vitæ tempus ne absume de aliis cogitando, nisi ad commune aliquod commodum id referatur: [1] alioquin enim interim ab alio negotio detineberis. Noli inquam quid hic vel ille agat, quamobrem, quid loquatur, quid cogitet, quid moliatur, aut omnino de aliis esse solicitus, quæcunque ut evagemur efficiunt, neque observemus eam quæ principatum in nobis obtinet partem. Itaque in serie cogitationum declinanda est vanitas, omniumque maxime curiositas, & malitia. Sed & assuefacere teipsum debes, ut de his tantum

---

1 *Gat.* leg. ἢ τοι γὰρ ἄλλα ἔργα τήρησις vel ἡ γὰρ ἄλλα ἔργα τήρησις. *Cas.* ἤτοι γὰρ ἄλλα ἔργα τήρη.

rebus

λοι φθείρες ἀπέκλειναν. τί ταῦτα; ἐνέβης, ἔπλευσας, κατήχθης· ἔκβηθι. εἰ μὲ ἐφ' ἕτερον βίον, ὐδὲν θεῶν κενὸν ὐδὲ ἐκεῖ. εἰ δ' ἐν ἀναισθησίᾳ, παύσῃ πόνων καὶ ἡδονῶν ἀνέχόμενος, καὶ λατρείων τοσούτῳ χείρονι τῷ ἀγγείῳ. 1 Η φύσις τὸ ὑπηρετῶν· τὸ μὲ γὸ νῦς καὶ δαίμων· τὸ δ' γῆ καὶ λύθρος.

δ'. Μὴ καταπλήγνυς τὸ ὑπολιπόμενον τοῦ βίυ μέρος ἐν τοῖς περὶ ἑτέρων φαντασίαις, ὁπόταν μὴ τὴ ἀναφορὰν ὀφείλῃ τι κοινωφελὲς ποιῆν. ἤτοι γὸ ἄλλυ ἔργυ σέρη. Τυτέστι, φαντάζόμενος τί ὁ δεῖνα πράσσει, πίνος ἕνεκεν καὶ τί λέγῃ, καὶ τί ἐνθυμεῖται, καὶ τί τεχνάζεται, καὶ ὅσα τοιαῦτα ποιεῖ ὑποπεσέμβεσθαι τὸ τῦ ἰδίυ ἡγεμονικῦ παρατηρήσεως. χρὴ μὲν οὖν καὶ τὸ εἰκῆ καὶ μάτην ἐν τῇ εἱρμῷ τῶν φαντασιῶν περίεσθαι, πολὺ δ' μάλιστα τὸ περίεργον, καὶ κακόηθες. Καὶ ἐθιστέον ἑαυτὸν, μόνα φαντάζεσθαι περὶ ὧν εἴπις

1 Hæc verba ad animæ immortalitatem minime pertinere ſuadent tum præced. tum ſequ. ut videtur *Caſ.* qui legendum putat ὅσῳ πρείττι τὸ ὑπηρετῶν; quanto præſtantius eſt id quod ſervit?

ἄφνω

ἄφνω [1] ἐπανέροιτο, πῦ γεῶν Ἀμφοῆ, μὴ παῤῥησίας παραχρῆμα ἂν ἀποκρίναιο, ὅπ τὸ, καὶ τὸ. ὡς ἐξ αὐτῶν ἀθὺς ἅλα ἔῃ), ὅπ πάντα ἁπλᾶ, καὶ εὐμυῆ, καὶ ζωὴς κοινωνικῆ, καὶ ἀμελήντος ἡδονικῶν ἢ καθάπαξ ἀπολαυστικῶν φαντασμάτων· ἢ φιλογειείας τινὸς, ἢ βασκανίας καὶ ὑποψίας, ἢ ἄλλε τινὸς, ἐφ' ᾧ ἂν ἐρυθριάσειας ἐξηγέμενος, ὅπ ἐν νῷ αὐτὸ εἴχες. Ο γάῤ τοι ἀνὴρ ὁ τοιῆτος, ἂν ἔτ' ὑπερπθέμενος τὸ ὡς ἐν ἀείσοις ἤδη ἔῃ), ἱερεύς τις καὶ ὑπηργὸς θεῶν, χεώμενος καὶ τῷ ἔνδον ἱδρυμμένῳ αὐτῆ, ὃ παρέχεται τ' ἀνθρωπον ἄκραντον ἡδονῶν, ἄτρωτον ὑπὸ παντὸς πόνε, πάσης ὕβρεως ἀνέπαφον, πάσης ἀναίσθητον πονηρείας. ἀθλητὴ ἆθλε τ' μεγίσε, τ' ὑπὸ μηδενὸς πάθες καταβληθῆναι, δικαιοσυνῃ βεβαιμμένον εἰς βάθος, ἀστασζόμενον μ' ἐξ ὅλης τ ψυχῆς τὰ συμβαίνονλα, καὶ ἀπονεμόμενα πάντα. μὴ πολλάκις ὄ, μηδὲ χωρὶς μεγάλης καὶ κοινωφελῆς ἀνάγκης φανταζόμενον, τί ποτε ἄλλος λέγει, ἢ ποεῖ, ἢ Ἀμφοεῖται. μόνα γὸ τὰ ἑαυτῆ ποὸς ἐνέργειαν ἔχει. καὶ τὰ ἑαυτῷ ἐκ τ ὅ-

---

[1] Ἀμφέρηίο leg. Gat.

λων

rebus cogites, de quibus ſi quis te ſubito interroget quid nunc mediteris, confeſtim libere poſſis reſpondere, hoc aut hoc: nimirum ut ſtatim conſtet, cogitationes tuas eſſe ſimplices, placidas, conſentaneas animali ad ſocietatem nato, ac negligenti earum quæ ad voluptatem oblectationemve faciant cogitationum, vacuo contentionis, invidiæ, ſuſpicionis, aliorumve, quæ ſi te animo agitaſſe faſſus eſſes, pudore ſuffundi oportuiſſet. Nam qui talis eſt, ad certam præſentemque ſummi boni fruitionem quantum poteſt contendens, Deorum quidam quaſi ſacerdos & adminiſter, eo præter alios utitur, qui in ipſo tanquam ſacrario conſecratus eſt. Id autem hominem præſtat purum à voluptatibus, inviolatum à doloribus, intactum à libidine, inſcium omnis malitiæ, certatorem maximi certaminis (ne ſcilicet ullus eum affectus proſternat) alte tinctum juſtitia, ex animo contentum iis quæ eveniunt, fatove deſtinata ipſi ſunt; non ſæpe, neque niſi magna & publica neceſſitate urgente, de aliorum dictis, factis, aut cogitationibus meditantem: ut qui ſolis eis, quæ propria ſunt ipſius, efficiendis intentus ſit; & ſola illa, quæ ipſi ex integra rerum univerſitate

peculiari fato destinata sunt, indesinenter meditari soleat. Et illa quidem ut pulchra & honesta sint, ipsi curæ est: ista vero, bona esse persuasum habet: quippe uniuscujusque fatum & constat aliunde, & secum aliud adfert. Meminit etiam omnia ratione prædita esse inter se cognata, eïsque hominis naturæ conveniens, ut omnium hominum curam gerat: existimationem autem non ab omnibus hominibus petendam, sed iis tantum, qui naturæ convenienter vivunt. Qui vero aliter vivunt, hi qualiter se domi & extra ædes, noctu atque interdiu gerant, ac quales cum qualibus permisceantur, perpetuo memoria tenet: ab his igitur laudari se nihil curat, quum ii ne sibi quidem ipsis probentur.

5. Ne invitus accedas ad agendum, neque cœtus humani immemor, neque non bene cogitata re, neque ut aliis adversëris: ne in cogitationibus tuis astutiam sectëris, neque verbosus sis, neque multa negotia suscipias. Enimvero Deus qui in te inest, præsit tibi, masculo animanti, seni, civi, Romano, ac principi, qui se ita comparaverit, ut si tubæ sonitum, quæ receptui canat ex hac vita, solutus & expeditus

λων συγκλωθόμενα ἀπαρεκτῶς ἐννοεῖ. καὶ-
κεῖνα μὲν, καλὰ παρέχεται· ταῦτα δὲ
ἀγαθὰ εἶναι πέπεισται. ἕκαστον γὰρ νεμο-
μένη μοῖρα [1] συνεμφέρεταί τε καὶ συνεμ-
φέρει. Μέμνησαι δὲ, καὶ ὅπως συγγενὲς πᾶν
τὸ λογικόν. καὶ ὅπως κηδεσθαι μὲν πάντων
ἀνθρώπων, κατὰ τὸν ἀνθρώπου φύσιν ἐστίν.
Δόξης δὲ ἀπὸ τῶν παρὰ πάντων ἀνθρώπων, ἀλλὰ
τῆς ὁμολογουμένως τῇ φύσει βιούν-
των μόνον. οἱ δὲ μὴ ὕτως βιοῦντες, ὁποῖ-
οί πινες οἶκοι τε καὶ ἔξω τῶν οἰκίας, καὶ
νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, οἷοι μεθ' οἵων
φύρωνται, μεμνημένος ἀφατελεῖ. ἀ τοί-
νυν ἀδὲ τὸν ἔπαινον τῆς τοιούτων ἔπαινον ἐν
λόγῳ πάσεται, οἵγε ἀδὲ αὐτοὶ ἑαυτοῖς
ἀρέσκονται.

ε'. Μήτε ἀκάθαρτος ἐνέργει, μήτε ἀκοι-
νώνητος, μήτε ἀνεξέταστος. μήτε ἀνδελ-
κόμυθος, μήτε κομψεία τῶν διανοιῶν σε καλ-
λωπιζέτω. μήτε πολυέρημων, μήτε πολυ-
πραγμόνων ἔσο. Επὶ δὲ ὁ ἐν σοὶ θεὸς, ἔσω
πεφυκὼς ζῶα ἄξενος, καὶ πρεσβύτα, καὶ
πολιτικῶ, καὶ Ρωμαίῳ, καὶ ἄρχοντος, ἀναλε-

---

[1] *M. Cas.* in vers. Angl. reddit *& inevitabile est & utile*, quasi scripsisset *Ant.* συνωφέρει & quidem eodem faciunt *Ant.* ipsius verba proxime præced. ταῦτα δὲ ἀγαθὰ εἶναι πέπεισται.

ταχότος ἑαυτὸν, οἷος ἂν εἴη τις πειμέ-
νων τὸ ἀναπληκτικὸν ἐκ τοῦ βίου σύλυτος. Μή-
τε ὄρνις δεδιμένος, μήτε ἀνθρώπῳ πηὸς μάρ-
ναμενος. [1] Εν δὲ τὸ φαυλρὸν καὶ τὸ ἀπροσδεές,
τὸ ἔξωθεν ὑπηρεσίας καὶ τὸ ἀπροσδεὲς ἡσυ-
χίας, ἣν ἄλλοι παρέχουσιν. ὀρθὸν δεῖ εἶναι
χρὴ, ἢ ὀρθέμενον.

ε'. Εἰ μὴ κρεῖττον εὑρίσκεις ἐν τῷ ἀν-
θρωπίνῳ βίῳ δικαιοσύνης, ἀληθείας, σω-
φροσύνης, ἀνδρείας, καὶ καθάπαξ τοῦ ἰδί-
κειόν σε ἑαυτῷ τὸ διάνοιάν σε ἐν οἷς χρὴ τὸν
λόγον τὸν ὀρθὸν παρέσχοντά σε παρέχεται,
καὶ ἐν τῇ εἰμαρμένῃ, ἐν τοῖς ἀπροαιρέτως
ἐπονειμένοις εἰ τούτου φημὶ κρεῖττόν τι
ὁρᾷς, ἐπ' ἐκεῖνο ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τραπό-
μενον, τοῦτο ἀγαθὸν εὑρισκόμενον ἀπόλαυε. εἰ
δὲ μηδὲν κρεῖττον φαίνεται αὐτοῦ τοῦ ἐνι-
δρυμένου ἐν σοὶ δαίμονος, τάς τε ἰδίας ὁρ-
μὰς ὑποτεταχότος ἑαυτῷ, καὶ τὰς φαν-
τασίας ἐξετάζοντος, καὶ τοῦ ἀπλανῶν πεί-
θεων, ὡς ὁ Σωκράτης ἔλεγεν, ἐαυτὸν ἀφλη-
νυκότος, καὶ τοῖς θεοῖς ὑποτεταχότος
ἑαυτὸν, καὶ τοῦ ἀνθρώπων ἐπικηδομένου. εἰ
τούτου παύτα τὰ ἄλλα μικρότερα καὶ εὐτελέ-
στερα εὑρίσκεις, μηδενὶ χώραν δίδου ἐπέ-

[1] Gat. leg. ἐν, quasi pro ἔνεστι, vel ἐνῇ, aut ἐνέστω.

ρῳ

peditus expectet: non juramenti religione, non testium fide ad officium compellendus. Hoc autem lautum imprimis & magnificum, externo ministerio posse carere, eaque quam alii suppeditent quiete. Rectum igitur expedit esse te, non qui studio & arte corrigendus sit.

6. Si quid in vita humana inveni's potius justitia, veritate, temperantia, fortitudine, aut universim si quid potius animo se contento, sibique sufficiente, dum suas actiones rectæ rationi consentaneas præstat; quæ autem fati necessitate contingunt, nec à voluntate pendent, ea libenter amplectitur: si hoc inquam potius & præstabilius quid invenis, invento quod est præstantissimum, ad ejus amplexum totis animi viribus contendas suadeo. Sin eo qui in te est collocatus genio nihil præstantius invenis, qui & appetitus sibi ipsi subjecit, & visa examinat, & ab affectionibus sensuum (ut dicebat Socrates) seipsum abduxit, seque Deo submisit, & hominum curam gerit: si hoc inferiora omnia, & viliora deprehendis, nulli alteri rei locum concede, ne semel ad eam inclinans, posthac proprium illud tuum bonum præferre omnibus

rebus nequeas. Nefas enim est ullam aliam diversi generis rem bono rationabili & operativo ex adverso quasi castrametari: ut laudem popularem, principatum, divitias, voluptatum perceptionem: hæc omnia, si vel tantulum congruere videbuntur, confestim prævalent, & à recta via abducunt. Tu vero, inquam, simpliciter ac libere id quod est melius elige, eique inhære: melius autem est id quod utile est. Utique; si quod homini, qua ratione præditus, utile est, intelligis: sin quod animali simpliciter, repudia, & ab omni pompæ exterioris fuco judicium liberum serva, ut certo & sine fraude dijudicare possis. Cave ne quid unquam pro tuo commodo amplectaris, quod posset aliquando te compellere ad fallendam fidem, prodenda n verecundiam, odium alicujus, suspiciones, imprecandum, simulandum, appetendumve aliquid, quod parietes & velamenta desideret. Etenim qui menti ac genio suo, & sacris virtutis ejus primas defert, is tragœdias nullas excitat, non gemet, non solitudinis, non frequentiæ hominum indigebit: quod maximum est, vivet neque appetens quicquam, neque fugiens. Dúne, an parvo temporis spatio inclusa corpori anima utatur, nihil

ῥῳ, πρὸς ὃ ξέψας ἅπαξ καὶ ἀποκλίνας, καὶ
ἐπ' ἀπειράτως τὸ ἀγαθὸν ἐκεῖνο τὸ ἴδιον,
καὶ τὸ σὸν πεπιμαῖν δωνήσῃ. αὐτὴ καθ' ἑαυ-
τὴν καὶ τῷ λογικῷ καὶ [1] ποιητικῷ ἀγαθῷ, ἃ θέμις
ἀπ' ὄπιν ἑτεροζυγεῖς. οἷον τὸν παρὰ πολλῶν
ἔπαινον, ἢ ἀρχάς, ἢ πλοῦτον, ἢ ἀπολαύσεις
ἡδονῶν. πάντα τοῦτα, καίν πρὸς ὀλίγον
ἐναρμόζειν δόξῃ, κατεκράτησεν ἄφνω καὶ
παρήνεγκεν. σὺ δὲ φημι ἀπλῶς καὶ ἐλευθε-
ρίως ἑλοῦ τὸ κρεῖττον, καὶ τοῦτο ἀντέχου. κρεῖ-
ττον δέ, τὸ συμφέρον. εἰ μὲ τὸ ὡς λογικῷ,
τοῦτο τήρει. εἰ δὲ τὸ ὡς ζώῳ, ἀπόφηναι, καὶ
ἀπύφως φύλαττε τὴ κρίσιν μόνον, ὅπως ἀ-
σφαλῶς τὴ ἐξέτασιν ποιήσῃ. Μὴ πτοήσῃς
ποτὲ ὡς συμφέρον σεαυτῷ, ὃ αἰδεσθήσει
σέ ποτε τὴ πίστιν φυλάξαι, τὴ αἰδῶ ἐγ-
καταλιπεῖν, μισῆσαί τινα, ὑποπτεῦσαι,
καταράσασθαι, ὑποκρίνασθαι, ἐπιθυμῆσαί
τινος, τοίχων καὶ φαρμακτασμάτων δεο-
μένου. ὁ γὰρ τὴ ἑαυτῷ νοῦν καὶ δαίμονα, καὶ
τὰ ὄργανα τὴ τούτῳ ἀρετῆς προσελόμενος, τρα-
γῳδίαν ἢ ποιεῖ, ἢ τεράζει. ἢν ἐρημίας,
ἢ πολυανθρωπίας δέησεται. Τὸ μέγιστον, ζῆ-
σαι, μήτε δακρύων, μήτε φεύγων. πότε-
ρον δ' ἐπὶ πλέον διάστημα χρόνου τῷ σώματι

1 πολιτικῷ leg Gat.

πρὸς-

ωδὲ ἐχομένη τῇ ψυχῇ, ἢ ἐπ' ἔλαττον χρήσεται, ὅσῃ ὁποιῳοῦν αὐτῇ μέλει. καὶ γὰρ ἤδη ἀπαλλάσσεσθαι δέῃ, ὅτως εὐλύτως ἄπεισιν, ὡς ἄλλο τι τῶν αἰδημόνως καὶ κοσμίως ἐνεργεῖσθαι δυναμένων ἐνεργήσων. Τοῦτο μόνον παρ' ὅλον τὸν βίον εὐλαβήσεται, τὸ μὴ διάνοιαν ἔν τινι τῶν οἰκείων νοερᾶς πολιτικῆς ζώου ἐξαπῆναι δύνασθαι.

ζ'. Οὐδὲν ἂν ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ τέχνῃ κεκολασμένος, καὶ ἐκκεκαθαρμένος πυῶδες, ἢ δὲ μιαρὸν μεμολυσμένον, ἢ δὲ ὕπουλον εὕροις. ἢ δὲ ἀσυντελῆ τὸν βίον αὐτοῦ ἡ περιφρονήσει καταλαμβάνῃ, ὡς ἂν τις εἴποι τὸν τραγῳδὸν πρὸ τέλους καὶ ἀφαιρεθῆναι καὶ ἀπαλλάσσεσθαι. ἔπι ἢ δὲν δοῦλον, ἢ δὲ κομψὸν, ἢ δὲ περισσεπλεγμένον, ἢ δὲ ὑπερύθυνον, ἢ δὲ ἐμφωλεῦον.

η'. Τῷ ὑπολοιπῷ δυνάμει σέβε. ἐν τούτῳ τὸ πᾶν, ἵνα ὑπόληψις πρὸ ἡγεμονικῆς σε μηκέτι ἐγγένηται [2] ἀνακόλουθος τῇ φύσει, καὶ τῇ τούτου λογικῆς ζώου κατασκευῇ. αὕτη ἢ ἐπαγγέλλεται, [3] ἀπερισπωσίαν, καὶ τῷ

1 τέτ. leg. *Ann. Lugd.*

2 *Gat.* leg. ἀνακόλουθον, parum grammatice, nisi forte pro [μηκέτι ἐγγένηται] legendum sit [μήπ ἐγγενάται] quam lectionem secutus videtur *M. Caſ.* in verſione *Ang.*

3 *Caſ.* mavult leg. ἀπερισπωσίαν.

πρὸς

hil omnino curabit: nam etſi continuo migrandum ſit, ita facile diſſolvetur, ut ſi ad aliam quandam functionem verecunde ac decenter obeundam ſe conferat. Id unum per univerſam vitam obſervans, ut cogitationes ſemper ſint de iis rebus quæ ad ſocietatem civilem nato animali, eique rationis compoti conveniant.

7. In animo vere purgato & temperanti, ſeu bene morato, nihil unquam depravatum, nihil purulentum, nihil contaminatum, nihil quod extra ſani ſpeciem præferat, intus autem ſit ulceroſum, invenies: Neque vero fatum vitam ejus qui talis eſt imperfectam abrumpit, quemadmodum dici poſſet de tragœdo fabula nondum peracta diſcedente. Præterea, nihil ſervile, nihil fucatum, nihil alligatum, nihil abſciſſum, nihil obnoxium, nihil occultum.

8. Venerare facultatem quam penes opinandi jus eſt. In illa ſiquidem præcipuus ſapientiæ cardo vertitur, ut nulla opinio menti tuæ inſeratur, quæ vel naturæ, vel animalis ratione præditi conſtitutioni ſit inconſequens. Illius autem conſtitutionis [1] eſt

1 *Gat.* reddit [poſtulat] quæ ſignificatio verbi ἀπαγγέλλομαι ocurrit apud *Demoſth.* & ad ſequ. α' ωθω], melius quadrat.

munus,

munus, ut à temeritate in assentiendo alieni, cœtui humano addicti, diisque obsequentes simus. Proinde omnibus projectis, hæc modo pauca comprehende, ac memoria tene, quod unusquisque tantum id, quod præsens est, temporis punctum vivit: reliquum vitæ aut jam exactum, aut in incerto positum est. Exiguum sane tempus quod vivit quisque: perexiguus etiam terræ, in quo vivitur, angulus: etiam longissima post obitum fama, exigua res; quæ & ipsa per successionem conservatur homunculorum mox morituorum, ac ne se quidem ipsos cognoscentium; nedum eum, qui jampridem fato concessit.

9. Addendum his quæ commemoravi præceptis unum, nempe visi cujuscunque quod animo nostro cogitandum se offert, definitionem seu descriptionem esse faciendam, quo tecum ipse disserere possis, quænam sit ejus nudi & ab omnibus aliis separati natura, ac qualis: tum quod proprium ejus nomen, quæ item appellationes eorum, è quibus ipsum conflatum est, & in quæ dissolvetur. Nihil enim perinde animum magnitudine extollit, ac via & vere posse singula, quæ in hac vita nobis occurrunt, examinare, atque eo modo semper intueri,

πρὸς ἀνθρώπους οἰκειώσιν, καὶ τῷ τοῖς θεοῖς ἀκολουθίαν· Πάντα ἀνέξίφας, ταῦτα μόνον τὰ ὀλίγα σώεχε, καὶ ἔτι συμμνημόνευε, ὅτι μόνον ζῇ ἕκαστος τὸ παρὸν τοῦτο, τὸ ἀκαιριαῖον. τὰ δ' ἄλλα, ἢ βεβίωται, ἢ ἐν ἀδήλῳ. μικρὸν μὲ οὖν ὁ ζῇ ἕκαστος· μικρὸν δὲ τ γῆς γωνίδιον, ὅπου ζῇ· μικρὸν δὲ καὶ ἡ μικίστη ὑστεροφημία. καὶ αὐτὴ δ' ὑπ' ἀμφιβόλου ἀνθρωπαρίων τάχιστα τεθνηξομένων, καὶ ἐκ εἰδότων ἁδὲ ἑαυτόν, ἅτε γε τὸν πρόπαλαι τεθνηκότα.

θ'. Τοῖς δ' εἰρημένοις [1] ἐπιβλήμασιν ἓν ἔτι προσθέτεον, τὸ ὅρον ἢ ὑποτυπώσεως ἀεὶ ποιεῖσθαι τῆς ὑποπιπτούσης φαντασίας, ὥστε αὐτὸ ὁποῖόν ὅτι κατ' οὐσίαν γυμνὸν, ὅλον δι' ὅλων διηρημένως βλέπειν. καὶ τὸ ἴδιον ὄνομα αὐτῆς, καὶ τὰ ὀνόματα ἐκείνων ἐξ ὧν συνεκρίθη, καὶ εἰς ἃ ἀναλυθήσεται, λέγειν παρ' ἑαυτῷ. ἁδὲν γὰρ οὕτως μεγαλοφροσύνης ποιητικὸν, ὡς τὸ ἐλέγχειν ὁδῷ καὶ ἀληθείᾳ ἕκαστον τ τῷ βίῳ ὑποπιπτόντων δυνάμεως, καὶ τὸ ἀεὶ ὅτως εἰς αὐτὰ ὁρᾶν. ὥστε συνεπι-

1 *Casaub.* reddit [auxiliis,] estque revera παρεπισπᾶσθαι auxiliari, quanquam [illegible] neque hoc, neque alio, qui huic loco competat, sensu unquam occurrat.

βάλλειν

βάλλειν, ὁποίῳ πνὶ τῷ κόσμῳ, ὁποίαν πί-
να τοῦτο χρείαν παρεχόμενον· πίνα μὲν ἔχει
ἀξίαν ὡς πρὸς τὸ ὅλον, πίνα δ' ὡς πρὸς τὸν
ἄνθρωπον, πολίτιν ὄντα πόλεως τὴν ἀνω-
τάτης, ἧς αἱ λοιπαὶ πόλεις ὥσπερ οἰκίαι
εἰσίν. Τί ὄζει, καὶ ἐκ πίνων συγκέκριται, καὶ
πόσον χρόνον πέφυκε διαμένειν τοῦτο, τὸ
πνὶ φαντασίαν μοι νῦν ποιεῖν. καὶ πίνος ἀ-
ρετῆς πρὸς αὐτὸ χρεία· οἷον ἡμερότης,
ἀνδρείας, ἀληθείας, πίστεως, ἀφελείας, αὐ-
ταρκείας, τἄλλ' λοιπῶν. διὸ δεῖ ἐφ' ἑκάστῳ
λέγειν, τοῦτο μὲν διὰ δεῦ ἥκει. τοῦτο δὲ
χρὴ πνὶ σύλληξιν, καὶ τὴν συμμηρυομένην
σύγκλωσιν, καὶ τὴν τοιαύτην σωτάξιν τε καὶ
τύχην. τοῦτο δὲ διὰ τὴν συμφύλου καὶ συγ-
γενοῦς καὶ κοινωνεῖ. ἀγνοοῦντος μού τοι ὅπη
αὐτῷ χρὴ φύσιν ὄζειν. ἀλλ' ἐγὼ οἶδ' ἀγνοῶ.
διὰ τοῦτο χρῶμαι αὐτῷ χρὴ τῇ τῆς κοινωνίας
φυσικὸν νόμον, [1] εὐνοϊκῶς, καὶ δικαίως, ἅμα
μού τοι τὴν κατ' ἀξίαν ἐν τοῖς μέσοις συ-
σοχάζομαι.

ι'. Ἐὰν τὸ παρὸν ἐνεργῇς, ἐπόμενον
τῷ ὀρθῷ λόγῳ ἐσπουδασμένως, ἐῤῥωμένως,
εὐμενῶς, καὶ μηδὲν παρεμπόρευμα, ἀλλὰ

1 ἕνυγως leg. Xyl.

τὴν

tueri, ut una deprehendatur, cuinam universi parti unumquodque usui sit, quo in pretio habendum cum ipsius universi ratione, tum hominis, qui civis est supremæ civitatis, ac cujus quasi domus sunt reliquæ civitates. Quid est, quibus ex elementis concretum, & quamdiu fert natura ejus ut permaneat id, quod modo cogitationem animo meo attulit? qua porro virtute ad id opus erit? scilicet, mansuetudine, fortitudine, veritate, fide, simplicitate, æquanimitate, cæteris? de singulis ergo dicendum. Hoc divinitus & ita consulto statuente numine: hoc confatalis & conglomeratus contextus, aut talis aliqua fortuita coincidentia tulit; hoc profectum est à cognato meo & socio, ignaro quidem quænam esset ejus natura: ego autem & novi, & eo secundum legem societatis naturalem utor æquo animo, justeque, simulque in mediis rebus conjecturam facio ut unicuique suum, ut dignum est, tribuam.

10. Si rectam rationem sequens, id quod instat agas diligenter, firmiter, æquo animo, neque 1 instituto nego-

3 Desiderari videtur verbum aliquod, ut ποιῇ vel διαφέρῃ nisi forte leg. παρεμπορέυσῃ

tio alia admiſceas, ſed tuum genium ſincerum conſerves, perinde ac ſi jam is dimittendus tibi eſſet; atque ita ſi perſeveres, nihil expectans, nihil fugiens, ſed eo quod in præſentia ſecundum naturam agis, & heroica in dictis veritate contentus, bene vives. Nemo autem eſt, qui hoc impedire poſſit.

11. Quemadmodum medici ad ſubita mala curanda, in promptu ſua inſtrumenta habent, atque ferramenta: ſic tu præcepta inſtructa habe, atque parata ad res divinas humanaſque cognoſcendas, omniaque etiam minima ita agenda, ut memineris hæc duo inter ſe eſſe connexa. Neque enim rem ullam humanam recte perfeceris, niſi ſimul eam ad deos referas: neque contra.

12. Non erra amplius. Non enim commentarios leges tuos, neque priſcorum Romanorum & Græcorum acta, excerptaque è libris, quæ tibi ipſi in ſenectute utenda repoſuiſti. Itaque ad finem propera, vanaſque ſpes miſſas faciens, tibi ipſi opem fer, ſi quidem (ut fas eſt) tui rationem habes ullam.

13. Neſciunt quam multa ſignificet vocabulum furari, ſerere, emere

τ' ἑαυτῦ δαίμονα καθαρὸν ἑξῶ τε τηρῇς, ὡς εἰ χ ἥδη ἀποδύναι δέοι, ἐὰν [1] τ τοῦτο συνάπτῃς μηδὲν πρεμνύων, μηδὲ φεύγων, ἀλλὰ τῇ παρούσῃ χρῆ φύσιν ἐνεργείᾳ, χ τῇ ἐν λέξεις καὶ φθέγγῃ, ἡρωϊκῇ ἀληθείᾳ ἀρκέμνῳ, σύζωήσῃς. ἔστι δ' ὃ δεῖς ὁ τοῦτο κωλύσαι δυνάμενον.

ια'. Ὥσπερ οἱ ἰατροὶ ἀεὶ τὰ ὄργανα καὶ σιδήρια πρόχφα ἔχουσι πρὸς τὰ αἰφνίδια τῆς θεραπευμάτων· ὕτω τὰ δόγματα σὺ ἕτοιμα ἔχε πρὸς τὸ τὰ θεῖα χ ἀνθρώπινα εἰδέναι, χ πᾶν χ τὸ μικρότατον ὕτω ποιεῖν, ὡς τ ἀμφοτέρων πρὸς ἄλληλα συγδέσεως μεμνημένον. ὅτε γὸ ἀνθρώπινόν τι ἄνευ τ ὅπῃ τὰ θεῖα συναναφορᾶς εὐπρεπίζῃς, ὅτε ἐμπαλιν.

ιβ'. Μηκέτι πλανῶ. ὅτε γὸ τὰ ὑπομνημάτια σου μέλλεις ἀναγινώσκειν, ὅτε τὰς τ ἀρχαίων Ρωμαίων χ Ἑλλήνων πράξεις, χ τὰς ἐκ τ συγγραμμάτων ἐκλογὰς, ἃς εἰς τὸ γῆρας σαυτῷ ἀπεπήδεσο. ἀσπάζε ὃν ἐς τέλος, χ τὰς κενὰς ἐλπίδας ἀφεὶς, σαυτῷ βοήθει, εἴπ σοι μέλει σαυτῦ ὡς ἔξεστιν.

ιγ'. Οὐκ ἴασι πόσα σημαίνει τὸ κλέπτειν, τὸ ἀπείρειν, τὸ ὠγεῖσθαι, τὸ

---

1 fortaſſe leg. τοῦτο.

ἡσυχάζειν, τὸ ὁρᾶν τὰ παρακείμενα, ὃ ἐκ
ὀφθαλμοῖς γίνεται, ἀλλ' ἑτέρα πνὶ ὄψει.

ιδ'. Σῶμα, ψυχή, νοῦς· σώματι
αἰσθήσεις, ψυχῆς ὁρμαί, νοῦ δόγματα. τὸ
μὲν τυπῶδαι φανταστικῶς, καὶ τῶ βοσκημά-
των. τὸ δὲ νευροπαρατεῖσθαι ὁρμητικῶς, καὶ τῶ
θηρίων, καὶ τῶ ἀνδροδωΐων, καὶ Φαλάριδος,
καὶ Νέρωνος. τὸ δὲ τὰ νοερῶ ἡγεμόνα ἔχειν
ὀπὶ τὰ φαινόμενα καθήκοντα, καὶ τῶ θεὸν
μὴ νομιζόντων, καὶ τῶ τὴν πατρίδα ἐγκατα-
λειπόντων, καὶ τῶ [1] ποιούντων ἐπειδὰν κλεί-
σωσι τὰς θύρας. Εἰ δὲν τὰ λοιπὰ κοινά
ὅτι πρὸς τὰ εἰρημένα, λοιπὸν τὸ ἴδιόν ὅτι
τοῦ ἀγαθοῦ, φιλεῖν μὲν καὶ ἀσπάζεσθαι τὰ
συμβαίνοντα καὶ συγκεκλωσμένα αὐτῷ· τὸ
δὲ ἔνδον ἐν τῷ σπήθει ἱδρυμένον δαίμονα,
μὴ φύρειν, μηδὲ θορυβεῖν ὄχλῳ φαντα-
σιῶν, ἀλλὰ ἵλεων διατηρεῖν, κοσμίως ἐπό-
μενον ὡς θεῷ· μήτε φθεγγόμενόν τι ψευδῆ
τὰ ἀληθῆ, μήτε ἐνεργοῦντα παρὰ τὸ δί-
καιον. εἰ δὲ ἀπιστοῖεν αὐτῷ πάντες ἄν-
θρωποι, ὅτι ἁπλῶς καὶ αὐθημόνως καὶ
εὐθύμως βιοῖ, ὅτε χαλεπαίνει τινὶ τούτων,
ὅτε παραζέπεται τῆ ὁδῷ τῆ ἀγούσης ὀπὶ τὸ

---

1 Subint. πάντα vel ὁπερ vel aliquid simile.

τέλος

mere, quiescere, videre quid sit agendum: quorum hoc non oculis cernitur, sed alio visu.

14. Corporis sunt sensus, animi appetitus, mentis præcepta. Imaginari aliquid, & visum concipere, nobis cum pecoribus est commune. Vi mentis & impetu, tanquam nervis intus latentibus impulsum huc illuc agitari, id quidem & belluis contingit, & semiviris, seu monstris, Phalaridis, Neronisque similibus. Porro mentem ducem habere ad ea colenda officia, quæ vulgo plausibilia, eorum etiam est, qui deos esse negant, qui patriam deserunt, qui simulac fores clausere, nihil non turpe perpetrant. Si igitur reliqua his quæ diximus sunt communia, reliquum sane est aliquid, quod proprium sit viri boni: nempe æquo animo ferre ea quæ accidunt, fatoque ei eveniunt; in pectore collocatum genium non miscere, neque turba visorum perturbare, sed quietum servare, eique decenter tanquam Deo obsequi: nihil à veritate alienum loqui, nihil nisi quod justum est, agere. Quod si nemo hominum credat eum simpliciter, verecunde, ac tranquillo animo vivere; tamen neque succensebit cuiquam, neque deflectet à semita ad finem vitæ

ducente: ad quem finem venire debet homo purus, quietus, ac diſſolutu faciliş, & qui nulla vi coactus ultro ſuo ſe fato accommodaverit.

M. ANTONINI *IMP.* de ſeipſo, & ad ſeipſum,

LIBER QUARTUS.

QUæ in nobis ineſt pars principatum tenens, ea ſi ſecundum naturam ſe habeat, ita ad ea quæ accidunt comparata eſt, ut quovis tempore facile ad id quod poſſibile eſt & conceditur, ſe convertat. Neque enim materiam aliquam ſibi propriam ſubjectam habet, ſed cum exceptione ad ea fertur, quæ potiora & per ſe præponenda ſunt; quæcunque vero eorum loco ſors objicit, ea pro materia ſua accipit. Quemadmodum ignis, qui iis quæ incidunt prævalet, à quibus exiguus lychnus fuiſſet extinctus: at copioſior ignis ſtatim ea quæ ipſi injecta ſunt, ſibi accommodat, atque conſumit, atque ex iis ipſis augetur.

2. Ni-

τέλ@ τ῀ βίυ, ἐφ' ὃ δεῖ ἐλθεῖν καθαρὸν, ἠσύχιον, ἔυλυτον, ἀδιάσως τῇ ἑαυτ῀ μοίρᾳ συμπερισμφόμον.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ

αὐτοκράτορος, Τ εἰς ἑαυτὸν,

ΒΙΒΛΙΟΝ δ'.

Το ἔνδον κυρεῦον, ὅταν κ]ᾶ φύσιν ἔχῃ, ὅπως ἔσηκε πρὸς τὰ συμβαίνοντα, ὥστε ἀεὶ πρὸς τὸ δυνατὸν κ᾽ δηδόμενον μεταπίθεσθαι ῥᾳδίως. ὕλην γὰ ἀπόλεταξμφύλυ ἀδεμίαν φιλεῖ· ἀλλὰ ὁρμᾷ μφ πρὸς τὰ ἡγέμενα μεθ' ὑπεξαιρέσεως· τὸ δὲ ἀντεισαγόμενον, ὕλην ἑαυτῷ ποιεῖ. ὥσπερ τὸ πῦρ ὅταν ἐπιπέσπ]όντων, ὑφ' ὧν ἂν μικρός πς λύχν@ ἐσβέσθη· τὸ δὲ λαμπρὸν πῦρ τάχιστα ἐξῳκείωσεν ἑαυτῷ τὰ ἐπιφορήμενα κᾳὶ κατανάλωσεν, κᾳὶ ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἐπὶ μεῖζον ἦρθη.

β'. Μη-

β'. Μηδὲν ἐνέργημα εἰκῆ, μηδὲ ἄλλως ἢ κατ' θεώρημα συμπληρωτικὸν τῆς τέχνης ἐνεργείσθω.

γ'. Ἀναχωρήσεις αὐτοῖς ζητοῦσιν, ἀγροικίας, καὶ αἰγιαλοὺς, καὶ ὄρη. εἴωθας δὲ καὶ σὺ τὰ τοιαῦτα μάλιστα ποθεῖν. ὅλον δὲ τοῦτο ἰδιωτικώτατόν ἐστιν. ἐξὸν ἧς ἂν ὥρας ἐθελήσῃς εἰς ἑαυτὸν ἀναχωρεῖν. οὐδαμοῦ γὰρ ἥσυχιώτερον, ἢ ἀπραγμονέστερον ἀνθρώπου ἀναχωρεῖ, ἢ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. μάλιστα δ' ὅστις ἔχει ἔνδον τοιαῦτα, εἰς ἃ ἐπιβλέψας, ἐν πάσῃ εὐμαρείᾳ εὐθὺς γίνεται. τὴν δὲ εὐμάρειαν οὐδὲν ἄλλο λέγω, ἢ εὐκοσμίαν. συνεχῶς οὖν δίδου σεαυτῷ ταύτην τὴν ἀναχώρησιν, καὶ ἀνανέου σεαυτόν. Βραχέα δὲ ἔστω καὶ στοιχειώδη, ἃ εὐθὺς ἀπαντήσαντα, ἀρκέσει εἰς τὸ πᾶσαν [1] αὐτὴν ἀποπλύσαι, καὶ ἀποπέμψαί σε μὴ δυσχεραίνοντα ἐκείνοις ἐφ' ἃ ἐπανέρχῃ. τίνι γὰρ δυσχεραίνεις; τῇ τῶν ἀνθρώπων κακίᾳ, ἀναλογισάμενος τὸ κεῖμα, ὅτι τὰ λογικὰ ζῶα ἀλλήλων ἕνεκεν γέγονεν· καὶ ὅτι τὸ ἀνέχεσθαι, μέρος τῆς δικαιοσύνης· καὶ ὅτι ἄκοντες ἁμαρ-

[1] *Xyl.* leg. ἀνίαν. *Is Casaub.* putat sub. ψυχὴν. *Mer.* putat *Ant.* scripsisse πᾶσαν αὐτὴν ἀποκλεῖσαι.

τάνουσι·

2. Nihil agendum fruſtra, neque aliter, quam prævia contemplatione, quæ ad artis [vivendi] perfectionem ſpectet.

3. Seceſſus vulgo quæruntur hominibus, rura, litora, montes: tu quoque ſoles maxime ea deſiderare. Atqui id plane eſt rudium & imperitorum hominum. Tibi quacunque viſum fuerit hora licet in teipſum recedere: nuſquam enim neque tranquillior, nec majoris otii ſeceſſus homini datur, quam ad animum ſuum: præſertim ei qui intus ea habet, in quæ introſpiciens, ſtatim ſummam animi tranquillitatem reperit: bene nimirum omnibus intus compoſitis. Continenter igitur te eo recipe, ac teipſum renova. Brevia autem ſint quædam, & elementorum vicem obtinentia præcepta, quæ tibi ſtatim occurrant, omnique te moleſtia liberent, & remittant nihil indigne ferentem eorum ad quæ reverteris. Quid enim fers indigne? Num hominum improbitatem? Qui potes, cum decretum illud tuum ſcitumque tecum reputaveris, ratione prædita animantia unum eſſe alterius cauſa natum: tum æquanimitatem partem eſſe juſtitiæ: item, neminem niſi invitum,

vitum, [ignarum ſcilicet & imprudentem] peccare: quam multi denique exercitis inimicitiis, odiis, ſuſpicionibus, digladiationibus, paulo poſt, elati, & in cinerem redacti ſunt? itaque deſine tandem. At moleſtum tibi eſt fatum tuum? Qui poteſt, cum in mentem illam à disjunctis ratiocinationem revocaveris, vel providentia, vel atomi, vel alia quibus demonſtratum eſt, mundum inſtar civitatis eſſe? At quæ corpus attingunt, ea te ultra afficient, cum cogitaveris intellectum, cum ſemel ſeipſum collegerit, ſuamque vim perſpexerit, non permiſceri ſpiritui leniter aut aſpere moto? præterea quæ de voluptatis & doloris natura didiceris, & quibus, ut certis & veris, aſſenſus es? Sed forſitan gloriola te ſolicitum tenebit, conſiderantem quam celerrime omnia oblivione deleantur, quod ſit chaos infiniti utrinque ævi, quam inanis famæ ſonus, quanta inconſtantia & incertitudo opinionum humanarum, quam arcto includantur hæc omnia loco? Quippe punctum eſt univerſa terra, atque hujus ipſius quam perexiguus angulus habitatur? quot vero ſunt in ea ipſa, aut quales illi, qui te ſint laudaturi? Proinde memento in hanc

quam

πάντοτε· καὶ πόσοι ἤδη διεχθρεύσαντες, ὑποπλεύσαντες, μισήσαντες, ἀφοδραποδέντες, ἐκτέταγται, τετέφρωνται; παῦε ποτέ. ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκ τῆς ὅλων ἀπονεμομένοις δυσχεραίνεις, ἀναγεωσάμῳ τὸ διεζευγμένον, ἢ τοι πρόνοια, ἢ ἄτομοι, ἢ ἐξ ὅσων ἀπεδείχθη, ὅτι ὁ κόσμος ὥσανεὶ πόλις; ἀλλὰ τὰ σωματικά σε ἅψεται ἔτι, [1] ἐννοήσας ὅτι οὐκ ὀδυμίζηται λείως ἢ ζαχέως κινηθήσῃ πνεύματι ἡ διάνοια, ἐπειδὰν ἅπαξ ἑαυτῇ ἀπολάβῃ, καὶ γνωείσῃ τὴν ἰδίαν ἐξουσίαν, καὶ λοιπὸν ὅσα σοὶ πόνε καὶ ἡδονῆς ἀκήκοας, καὶ συγκατέθου; ἀλλὰ τὸ δοξάριόν σε πειράσει, ἀποδῶν εἰς τὸ τάχος τ πάντων λήθης, καὶ τὸ χάος τ ἐφ' ἑκάτερα ἀπείρε αἰῶνος, καὶ τὸ κενὸν τ ἀπηχήσεως, καὶ τὸ συμετάβολον καὶ ἄκειτον τῆς [2] ἐφ' ἡμῖν δοκούντων, καὶ τὸ στενὸν τ τόπε ἐν ᾧ περιχάφεται; ὅλητε γὰρ ἢ μὴ στιγμὴ, καὶ ταύτης πόσον γωνίδιον ἡ κατοίκησις αὕτη; καὶ ἐντεῦθα πόσοι, καὶ οἷοί τινες οἱ ἐπαινεσόμενοι; λοιπὸν ἓν μέμνησο τ ὑποχωρήσεως τ ἐς τοῦτο τὸ ἀρθείδιον ἑ-

---

1 ἐννίησον leg. Ann. Lugd. ἀλλὰ τὰ σωματικά σε ἅψεται. ἔτι ἐνν.

2 Τῶν ἡμῖν δοκούντων leg. Cas. τῶν εὐφημεῖν δοκ. Cat.

αυτῦ,

αυτῦ, καὶ πρὸ παντὸς μὴ σπῶ, μηδὲ κατεντείνω, ἀλλὰ ἐλεύθερος ἔσο, καὶ ὅρα τὰ πράγματα ὡς ἀνὴρ, ὡς ἄνθρωπος, ὡς πολίτης, ὡς θνητὸν ζῶον. Εν δὲ τοῖς προχειροτάτοις εἰς ἃ ἐγκύψεις, ταῦτα ἔστω τὰ δύο. ἓν μὲν, ὅτι τὰ πράγματα ἁπτεται τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἔξω ἕστηκεν ἀπρεμῆντα. αἱ δὲ ὀχλήσεις, ἐκ μόνης τῆς ἔνδον ὑπολήψεως. ἕτερον δὲ, ὅτι πάντα ταῦτα ὅσα ὁρᾷς, ὅσον ἤδη μεταβάλλει, καὶ οὐκ ἔτι ἔσαι. καὶ ὅσων ἤδη μεταβολαῖς αὐτὸς παρατετύχηκας, σωεχῶς λογισῦ. ὁ κόσμος, ἀλλοίωσις· ὁ βίος, ὑπόληψις.

δ'. Ει τὸ νοερὸν ἡμῖν κοινὸν, καὶ ὁ λόγος καθ' ὃν λογικοί ἐσμεν κοινός· εἰ τῦτο, καὶ ὁ προστακτικὸς τῆς ποιητέων, ἢ μὴ λόγος κοινός· εἰ τῦτο, καὶ ὁ νόμος κοινός· εἰ τῦτο, πολῖται ἐσμὲν· εἰ τῦτο, πολιτεύμα τινος μετέχομεν· εἰ τῦτο, ὁ κόσμος ὡσανεὶ πόλις ἐστί. πίνος γὰρ ἄλλα φήσει τις τὸ τῆς ἀνθρώπων πᾶν γένος κοινῆ πολιτεύματος μετέχειν; ἐκεῖθεν δὲ ἐκ τῆς κοινῆς ταύτης πόλεως, καὶ αὐτὸ τὸ νο-

quam demonstravi, particulam tui recedere: idque præcipue cura, ne vexeris, aut nimis contento quid agas studio, sed liber mane, reliquæ ita intuere, ut virum, ut hominem, ut civem, ut animal mortale convenit. Cæterum ex his quæ tibi introspicienti quam maxime in promptu esse debeant, duo hæc sunt. Alterum, quod res ipsæ animam non contingunt, sed extra eam quietæ persistunt: perturbationes autem animi ex internis tantum opinionibus nascuntur. Alterum, quod omnia hæc quæ cernis, statim mutabuntur, neque erunt amplius: perpetuoque cogita, quot jam eorum mutationibus ipse interfueris. Mundus quidem, rerum in varias subinde formas mutatio est: vita in opinione consistit.

4. Si intelligentia esse præditum, hominibus nobis inter nos est commune, erit & ratio, ob quam illud nobis adest, communis. Sin hæc, etiam ratio quæ præcipit quid agendum sit, quid omittendum, communis erit omnium: proinde & lex. Quod si ita habet, cives sumus: ergo civitatis alicujus participes. Quo relinquitur, mundum civitatis loco esse: cujus enim alius civitatis dicere possimus communionem esse humano

generi? Utrum itaque ex hac communi civitate nobis esse capacibus intelligentiæ, uti ratione, & lege, datum est; an aliunde? Ut enim terrenæ mihi à terra aliqua particulæ sunt tributæ, & humor ab alio quodam elemento, itemque spiritus, calor, & ignea natura, suis singula à fontibus ad me derivata sunt; (nihil enim quod vel ex nihilo veniat, vel in nihilum possit aboleri) ita & intelligentia nobis alicunde data est.

5. Mors perinde ac vita, arcanum est naturæ opus, ex iisdem elementis in eadem confusio & mixtio. Denique non est ea res, cujus pudere aliquem debeat: neque enim tale quid est, quod vel animalis ratione prædiți naturæ incohærens & incongruum sit; vel quod contra ejus structuræ rationem.

6. Hæc ita, hisque de causis fiunt necessario: quæ qui fieri nolit, perinde faciat, ac si ficum arborem succo velit carere. Omnino autem memineris, intra brevissimum tempus & tibi & illi quicunque sit, fore moriendum: paulo post, ne nomen quidem vestrum supererit. Tolle opinionem, simul etiam de accepto damno abolebitur cogitatio, hacque sublata, ipsum etiam damnum non erit. Quod homi-

τὸ νοερὸν καὶ λογικὸν καὶ νομικὸν ἡμῖν, ἢ πόθεν; Ωσπερ γὰρ τὸ γεῶδές μοι ἀπὸ τινος γῆς ἀπομεμέρισται, καὶ τὸ ὑγρὸν ἀφ' ἑτέρου στοιχείου, καὶ τὸ πνευματικὸν, ἀπὸ τινος πηγῆς τινος, καὶ τὸ θερμὸν καὶ πυρῶδες, ἔκ τινος ἰδίας πηγῆς· οὐδὲν γὰρ ἐκ τοῦ μηδενὸς ἔρχεται, ὥσπερ μηδ' εἰς τὸ ἂν οὐκ ἀπέρχεται· ἔστω δή, καὶ τὸ νοερὸν ἥκει ποθέν.

ε'. Ο θάνατος τοιοῦτος, οἷον γένεσις, φύσεως μυστήριον. σύγκεισις ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων, [1] εἰς ταυτά· ὅλως δ' οὐκ ἐφ' ᾧ ἄν τις αἰσχυνθείη, οὐ γὰρ ἐπὶ τὸ ἔξῆς τῷ νοερῷ ζώῳ· οὐδὲ παρὰ τὸν λόγον τῆς παρασκευῆς.

ς'. Ταῦτα ἔστως ὑπὸ τῶν τοιούτων πέφυκε γίνεσθαι ἐξ ἀνάγκης. ὁ δὲ τοῦτο μὴ θέλων, θέλοι τὴν συκῆν ὁπόθεν μὴ ἔχειν. Ολως δ' ἐκεῖνο μέμνησο, ὅτι ἐντὸς ὀλιγίστου χρόνου, καὶ σὺ καὶ ὅστις τεθνήξεσθε. μὴ βραχὺ δὲ, οὐδὲ ὄνομα ὑμῶν ὑπολειφθήσεται. Αρον τὴν ὑπόληψιν, ἦρται τὸ βέβλαμμαι· ἆρον τὸ βέβλαμμαι, ἦρται

---

1 leg. καὶ [διάκεισις] vel καὶ [διάλυσις] εἰς ταυτὰ namaliquid tale ſub.

ἡ βλάβη. ὁ χείρω αὐτὸν ἑαυτῦ ἄνθρωπον ἢ ποιεῖ, τῦτο ἢ δὲ ἢ βίον αὐτῦ χείρω ποιεῖ, ἢ δὲ βλάπτει. ὅτε ἔξωθεν, ὅτε ἔνδοθεν· ἀναγκαίως ἢ τῦ συμφέροντ@ φύσις τῦτο ποιεῖν.

ζ'. Οπ πᾶν τὸ συμβαῖνον, δικαίως συμβαίνει. ὃ ἐαν ἀκριβῶς παραφυλάσσῃς, εὑρήσεις. ἃ λέγω μόνον χρὴ τὸ ἐξῆς, ἀλλ' ὅπ χρὴ τὸ δίκαιον, καὶ ὡς ἂν ὑπὸ πν@ ἀπονέμοντ@ τὸ χρὴ ἀξίαν. φύλαττε ἔν ὡς ἄρξω, καὶ ὅ, πᾶν ποιῇς, σωὶ τύτῳ ποίει, σωὶ παῖ ἀγαθὸς ἔῖ), καθ' ὃ γενόηται ἰδίως ὁ ἀγαθός. τῦτο ὅπ πάσης ἐνεργείας σῶζε.

η'. Μὴ τοιαῦτα ὑπολάμβανε, οἷα ὁ ὑβρίζων κείνει, ἢ οἷά σε κείνειν βάλεται. ἀλλὰ ἴδῃ αὐτά, ὁποῖα κατ' ἀλήθειάν ὄζι.

θ. Δύο ταύτας ἑτοιμότητας ἔχειν ἀεὶ δεῖ. ἢ μὲ, πρὸς τὸ πράττειν μόνον, ὅπερ ἂν ὁ τ^ι βασιλικῆς καὶ νομοθετικῆς λόγ@ ὑποβάλλῃ ἐπ' ὠφελείᾳ ἀνθρώπων. ἢ δὲ, πρὸς τὸ μεταδέχειν ἐὰν ἄρα τις παρῇ διορθῶν καὶ μετάγων ἀπό πν@ ὁιήσεως. Τὴν μὲν τοι μεταγωγὴν, ἀεὶ ἀπὸ πιθανότητ@ ὡς δικαίυ, ἢ κοινωφελῦς γίνεσθαι, καὶ τὰ φίλα.

---

4 subint. τέχνης ut vid. Cas.

κλήσια

hominem ſeipſo deteriorem efficere non poteſt, id neque vitam ejus pejorem reddit, neque lædit, neque extrinſecus, neque intrinſecus. Natura utilitatis hoc neceſſario fecit.

7. Quicquid accidit, juſte accidit: quod, ſi diligenter obſerves, ita habere invenies: atque hoc dico, non tantum cauſarum conſequentia ita fieri, ſed etiam ratione juſtitiæ, & ab aliquo, quod tribuat unicuique pro dignitate ſuum. Itaque uti cœpiſti, obſervare hoc perge, & quicquid facies, fac auſpice & comite bonitate, quo modo proprie vir bonus intelligitur: idque in omnibus tuis obſerva actionibus.

8. Non ita tibi ſentiendum eſt, quemadmodum is qui injuriam facit, vel ipſe ſentit, vel te exiſtimare vult: ſed res ipſæ quid vere ſint, perſpice.

9. Semper hæc duo in promptu habenda ſunt: alterum, ut id tantum agas, quod ratio ejus partis, quæ regnum in te, & poteſtatem obtinet legiſlatoris, te hortatur, idque propter hominum utilitatem. Alterum, ut ſi quis adſit, qui te corrigere, & ab aliqua falſa opinione deducere velit, ſententiam mutes: modo ut ea mutatio veriſimili juſti alicujus facti, aut publici commodi conſecuturi perſuaſio-

ne, aut quod affine sit aliquo nitatur; non vero voluptatis alicujus aut gloriæ adipiscendæ causa facta sit. Ratione præditus es? Sum. Cur ea non uteris? quid enim præterea desideras, ea suum obeunte officium?

10. Hactenus, ut pars, vita suppetente, substitisti: in illud ipsum quod te produxit, moriturus aboleberis: aut potius facta mutatione assumeris ad [1] mentem eam, quæ est reliquarum origo. Multa thuris grana eidem aræ imposita, unum altero prius igni corripitur, sed nihil interest. Intra decimum diem, Deus videberis iis, qui te nunc bestiam & simiam putant: si quidem ad præcepta & cultum philosophiæ te convertas. Ne sic vitam instituas, ut qui multa annorum millia victurus. Mors imminet; dum vivis ergo & licet, bonus ut sis cura.

11. Quantum otii lucratur, qui non videt quid proximus dicat, agat, aut cogitet, sed tantum quid ipse agat, curatq; ut hoc justum sit & fas. Aut qui, secundum Agathonem, non circumspicit nigros mores, sed propositam lineam recto, non vago cursu tenet.

12. Qui famæ post mortem cupi-

---

1 de λόγοις σπερματικοῖς vid. ipsum *Ant.* infra lib. 9.

ditate

πλήσια τοιαῦτα μόνον ἔξ δεῖ, ἢ χ ὅπ ἡδὺ ἢ ἔνδοξον ἐφάνη. Λόγον ἔχεις; ἔχω. πῶ ἔν ἡ χρᾷ; τοῦτο γὰ τὸ ἑαυτῆ ποιοῦντ, τί ἄλλο θέλεις;

ι'. Ενυπέσης ὡς μέρ, ἐναφανιωθήσῃ πᾶ χωνήσαντι. μᾶλλον ὃ ἀναλιφθήσῃ εἰς τ λόγον αὐτῆ τ σπερματικόν χτ μεταβολιῶ. Πολλὰ λιβανωτῆ βωλάρια ὅπ τ αὐτῆ βωμῆ, τὸ μὲ, πρόπατέπεσεν, τὸ δ', ὕστερον· διαφέρει δ' ἀδέν. Εντὸς δέκα ἡμερῶν, θεὸς αὐτοῖς δόξῃς, οἷς νῦ θεῖον καὶ πάθηκ, ἐὰν ἀνακάμψῃς ὅπ τὰ δόγματα, καὶ τ σεβασμὸν τῆ λόγ. Μὴ ὡς μύρια μέλλων ἔτη ζῆν. τὸ χρεὼν ἐπάρπτω. ἕως ζῆς, ἐξὸν, ἀγαθὸς χνῆ.

ια'. Οσιὼ ἀσχολίαν κερδαίνει ὁ μὴ βλέπων, τί ὁ πλησίον εἶπεν, ἢ ἔπραξεν, ἢ διενοήθη· ἀλλὰ μόνον τί αὐτὸ, ποιεῖ, ἵνα αὐτὸ τοῦτο δίκαιον ἢ καὶ ὅσιον. Η χτ τ [1] Αγάθωνα, Μὴ μέλαν ἦθ πρόπει βλέπειν, ἀλλ' ὅπ τ γραμμῆς ἔρχεται, ὀρθὸν, μὴ διεξοδικὸν.

ιβ'. Ο πρόπει τ ὑστεροφημίαν ἐπιπο-

1 *Ga.* leg. τὸν ἀγαθὸν & *D. Fum.* putat locum sic posse restitui, ut cum præced. cohæreat: καὶ ὅσιον καὶ ἀγαθὸν μὴ μετὰ ναθείας πρόπει βλέπειν, &c.

μῆ

μὴ ὁ φαντάζεται, ὅπ ἔκας ὁ τ μεμνημένων αὐτῦ, τάχισα κὴ αὐτὸς ἀποθανεῖται. εἶτα πάλιν κὴ αὐτὸς ὁ ἐκεῖνον ἀφδεξάμενος, μέχει κὴ πᾶσα ἡ μνήμη ἀποσβῆ δια ἐπλοημένων κὴ σζεννυμένων ὡρῶν. Υπόθε δ' ὅπ κὴ ἀθάνατοι μὲ οἱ μεμνησόμενοι, ἀθάνατος δ' ἡ μνήμη, π' ἔν τῦτο πρὸς σέ; κὴ ἀδὲν λέγω ὅπ πρὸς τ τεθνηκότα, ἀλλὰ πρὸς τ ζῶντα, π' ὁ ἔπαινος, πλὴ ἄρα δι' οἰκονομίαν πνά; πάρες γὸ νῶ ἀκαίρως τὴ φυσικὴ δόσιν, ἄλλε πνὸς ἐχομένε λόγε [1] λοιπόν. Πᾶν τὸ κὴ ὁπωσῦν καλὸν ἐξ ἑαυτῦ καλόν ὄζι, κὴ ἐφ' ἑαυτῷ καταλήγει ὐκ ἔχον μέρος ἑαυτῦ τ ἔπαινον· ὅτε γοῦν χεῖρον ἢ κρεῖπον γίνεται τὸ ἐπαινέμενον· τῦτό φημι κὴ ὅπ τ κοινότερον καλῶν λεγομένων· οἷον ὅπ τῆς ὑλικῶν, κὴ ὅπ τῆς τεχνικῶν κατασκευασμάτων. Τὸ δὲ δὴ ὄντως καλὸν, πνὸς χρείαν ἔχει· ὐ μᾶλλον ἢ νόμος· ὐ μᾶλλον ἢ αλήθεια· ὐ μᾶλλον ἢ εὐνοια, ἢ αἰδὼς, π' τύτων δια τὸ ἐπαινεῖσθαι καλόν ὄζιν, ἢ ψεγόμενον φθείρεται. σμαραγδον γὸ ἑαυτῦ

---

1 *Boot.* vult [λοιπὸν] esse novæ periochinitium. Siquidem *Ant.* eandem vocem pari modo supra usurpavit.

χεῖραν

ditate ducitur, non cogitat quemlibet eorum, qui ipſius mentionem ſint facturi, mox ipſum etiam moriturum: deinde itidem eum qui huic ſuccedit, idque eo uſque, dum omnis memoria per attonitos inani fama, extinctoſque homines propagata aboleatur. Quinetiam finge immortales fore eos, qui tui recordentur, immortalemque tui futuram memoriam; quid ergo id ad te; ne dicam, mortuum; quid vel vivo tibi laus proderit? niſi ratione cujuſdam diſpenſationis: omitte enim nunc intempeſtivum de naturæ munere ſermonem, cum aliud nobis hic [1] propoſitum ſit. Omne quod pulchrum eſt, ex ſeipſo tale eſt, atque in ſeipſo abſolvitur, nullamque ſui partem habet laudem. Ideo id quod laudatur, eo ipſo neque pejus fit, neque melius. Idque etiam de iis intelligi volo, quæ communiori ſermone pulchra aut bona dicuntur, ut quæ ex materia fiunt, & artis opera. Id autem quod revera bonum eſt, non magis alia quadam re opus ad id, ut ſit bonum, habet, quam lex, veritas, tranquillitas animi, verecundia: quid horum vel ſi laudetur bonum fit, vel vituperatione corrumpitur? Sma-

[1] ἐχόμενος leg. *Gat.* niſi forte placuerit cum *Boot.* legere παρέντες. & ἔχομεν λόγον.

ragdus

ragdus enimvero nisi laudetur, de bonitate sua aliquid amittit? quid aurum, ebur, purpura, culter, flosculus, arbuscula?

13. Si permanent animi, quomodo eos ab æterno capit aër? & quomodo terra (inquam ego) ab ævo usque humanorum corpora recipit? Quemadmodum enim hic corpora quum aliquandiu in terra delituere, mutantur, dissipataque spatium aliis cadaveribus præbent: sic animæ in aërem subvectæ, quum aliquandiu ibi perstiterunt, seu fusæ seu accensæ mutantur & ad mentem omnium aliarum genitricem adjunguntur, eaque ratione aliis adventantibus locum cedunt. Hoc responderi potest, posito animas esse corporibus superstites. Neque vero tantum multitudo sepultorum eo modo corporum consideranda est: sed & eorum quæ quotidie comeduntur à nobis, & bestiis animalium, & sic absumpta magno numero in edentium corporibus quasi sepeliuntur; at nihilominus suppeditat spatium aliis, propter eorum in sanguinem, aërem, caloremque mutationem.

14. Quæ super hoc, quod se nunc offert, certa veritatis explorandæ ratio? Si in materiam dividas & causam.

χεῖρον γίνεται ἐαν μὴ ἐπαινῆται; π' δὲ ξυσὸς, ἐλέφας, πορφύρα, μαχαίριον, ἀνδύλλιον, δενδρύφιον;

ιγ'. Εἰ ἀφαμψύσιν αἱ ψυχαὶ, πῶς αὐτὰς ἐξ αἰῶνος χωρεῖ ὁ ἀὴρ; πῶς δ' ἡ γῆ χωρεῖ τὰ σώματα τοσούτων αἰώνων θαπτομένων σώματα· ὥσπερ γὸ ἐνθάδε, ἡ τέτων τροὸς ἰῶπινα ὀπὸ διαμονὴ μεταβολὴ καὶ διάλυσις χώραν ἄλλοις νεκροῖς ποιεῖ· ὕτως αἱ εἰς τ' ἀέρα μεθισάμεναι ψυχαὶ, ὀπὸ πόσον συμμείνασαι, μεταβάλλουσι, καὶ χέονται, καὶ ἐξαπλοῦνται, εἰς τ' ὅλων σπερματικὸν λόγον ἀναλαμβανόμεναι. καὶ τοῦτον τ' τρόπον χώραν τοῖς νεογενομένοις παρέχουσι. τοῦτο δ' ἂν τις ἀποκρίναιτο ἐφ' ὑποθέσει τ' τὰς ψυχὰς ἀφαμυσίν. χρὴ δ' μὴ μόνον ἐνθυμεῖσθαι τὸ πλῆθος τ' θαπτομένων σωμάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ τ' ἑκάστης ἡμέρας ἐσθιομένων ζώων, ὑφ' ἡμῶν τε καὶ τ' ἄλλων ζώων ὅσος γὸ ἀριθμὸς καταναλίσκεται, καὶ ὕπως πως θάπτεσθαι ἐν τοῖς τ' τρεφομένων σώμασι, καὶ ὅμως δέχεται ἡ χώρα αὕτη διὰ τὰς ἐξαναπτώσεις, διὰ τὰς εἰς τὸ ἀερῶδες, ἢ πυρῶδες ἀλλοιώσεις.

ιδ'. Τίς ὀπὶ τέτων ἡ ἰσορία τ' ἀληθείας; διαίρεσις εἰς τὸ ὑλικὸν, καὶ εἰς

εἰς τὸ αἰπῶδες. Μὴ ἀποῤῥέμβεσθαι, ἀλλ' ὅπῃ πάσης ὁρμῆς τὸ δίκαιον ἀποδιδόναι· καὶ ὅπῃ πάσης φαντασίας σώζειν τὸ καταληπτικόν.

ιε'. Πᾶν μοι συναρμόζει, ὃ σοὶ εὐάρμοστόν ἐστι ὦ κόσμε. οὐδέν μοι πρόωρον, οὐδὲ ὄψιμον, τὸ σοὶ εὔκαιρον· πᾶν μοι καρπός, ὃ φέρουσιν αἱ σαὶ ὧραι. ὦ φύσις, ἐκ σοῦ πάντα, ἐν σοὶ πάντα, εἰς σὲ πάντα. Ἐκεῖνος μύθῳ φησι, πόλι φίλη Κέκροπος, σὺ δὲ οὐκ ἐρεῖς πόλι φίλη Διός;

νοιαν ϗ ἀρέσκειαν ἰσχυροτέρας ἕξ φρογή-
σεως. Τὰ πραγματα αὐτὰ ὐδὶ ὁπωστῶν
ψυχῆς ἅπτεται· ὐδὲ ἔχει εἴσοδον πρὸς
ψυχήν· ὐδὲ βέψαι, ὐδὲ κινῆσαι ψυχὴν
δύναται· βέπει δὲ ϗ κινεῖ αὐτὴ ἑαυτήν
μόνη. ϗ ὅιων ἂν χριμάτων καταξιώσῃ ἑαυ-
τήν, τοιαῦτα ἑαυτῇ ποιεῖ τὰ πρεσυφε-
σῶτα.

ιε'. Καθ' ἕτερον μὲ λόγον ἡμῖν ὄξιν ὀι-
κειότατον ἄνθρωπω, καθ' ὅσον εἰ ποιη-
τέον ἀυτὸς ϗ ἀνεκτέον. καθ' ὅσον δὲ ἐνί-
σανταί πνες εἰς τὰ ὀικεῖα ἔργα, ἓν π τ ἀδια-
φόρων μοι γίνεται ὁ ἄνθρωπω. ὐχ ἧσον ἢ
ἥλιω, ἢ ἄνεμω, ἢ θηρίον. ὑπὸ τύτων δὲ
ἐνέρξεια μνύ πς ἐμποδισθείη ἄν. ὁρμῆς δὲ
ϗ διαθέσεως, ὐ γίνεται ἐμπόδια διὰ τὴν
ὑπεξαίρεσιν, ϗ τὴν προσοπήν. προσέπει
γὰ ϗ μεδίσησι πᾶν τὸ τ ἐνεργείας κώλυμα
ἡ διάνοια εἰς τὸ προηγύμνον. ϗ προ ἔργε
γίνεται τὸ τ ἔργε τύτε ἐφεκτικόν. ϗ προ
ὁδ, τὸ τ ὁδ ταύτης ἐνστατικόν.

ις'. Τῶ,

ις'. Τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τὸ κράσπεδον πῆμα. ἔστι ὃ τοῦτο; τὸ πᾶσι χρώμενον, καὶ παύτα δέπον. ὁμοίως ὃ καὶ τὴν ἐν σοὶ τὸ κράσπεδον πῆμα. ἔστι ὃ τοῦτο, τὸ ἐκείνῳ ὁμοιοῦμενον. καὶ γὰρ ὅπη σοὶ τὸ τοῖς ἄλλοις χρώμενον, τοῦτό ὅστι. καὶ ὁ σὸς βίος ὑπὸ τούτου διοικεῖται.

ιζ'. Ο τὴν πόλει ἐκ ἔστι βλαβερὸν, οὐδὲ τὸ πολίτην βλάπτει. Επὶ πάσης τῆς φαντασίας, τοῦτον ἔπαγε τὸν κανόνα· εἰ ἡ πόλις ὑπὸ τούτου μὴ βλάπτεται, οὐδὲ ἐγὼ βέβλαμμαι. εἰ δὲ ἡ πόλις βλάπτεται, [1] ἐκ ὀργιστέον τῷ βλάπτοντι τῇ πόλιν. Τί τὸ παρορώμενον; Πολλαχοῦ ἐνθυμοῦ, τὸ τάχος τῆς παραφορᾶς καὶ ὑπεξαγωγῆς τῶν ὄντων τε καὶ γινομένων. ἥ τε γὰρ ὑσία οἷον ποταμὸς ἐν διηνεκεῖ ῥύσει. καὶ αἱ ἐνέργειαι ἐν συνεχέσι μεταβολαῖς. καὶ τὰ αἴτια ἐν μυρίαις τροπαῖς, καὶ σχεδὸν οὐδὲν ἑστώς. καὶ τὸ παρεγγὺς τόδε ἄπειρον, τοῦ τε παρῳχηκότος καὶ μέλλοντος ἀχανές, ᾧ παύτα ἐναφανίζεται· πῶς οὖν ὁ μωρὸς, ὁ ἐν τούτοις φυσώμενος, ἢ ἀσώμενος, ἢ χειλιά-

---

1 *Cas.* leg. ἐκ ὀργιστέον τῷ μὴ βλάπτοντι, &c. *Gat.* non mutat sed sequ. sic supplet. [δεικτέον δὲ] sive [ἀλλὰ δεικτέον] τί τὸ παρ. &c

ζων,

16. Id quod in mundo est præstantissimum, cole. Est autem id, quod omnibus rebus utitur, omnia gubernat. Similiter id quoque honora, quod in te præstantissimum est: nimirum illi alteri cognatum: quod & cæteris quæ in te sunt omnibus utitur, & tuam vitam regit.

17. Quod civitati nullum affert damnum, id ne civi quidem nocet. Hæc regula recolenda tibi est, quotiescunque te læsum aliquâ esse cogitas. Sin civitas damno affecta est, ei qui intulit, succensere non debes. Quid peccatum est? Sæpenumero considera, quam celeriter omnia quæ & sunt & fiunt, abripiantur & evanescant. Etenim & ipsa corpora amnis instar in adsiduo sunt fluxu, & affectiones continentibus mutationibus obnoxiæ, & causarum infinitæ sunt vices; denique nihil fere est, quod consistere vere dici possit. Tum vero, præteriti, & venturi ævi infinita est, in qua omnia abolentur, vastitas. Quî ergo stultitiæ non damnetur, qui in his superbit, aut ob hæc angitur, aut tanquam in duratura ad aliquod tempus molestiæ queritatur? Universæ rerum naturæ

recordare, cujus minimam partem tenes: totius ævi, cujus breve & momentaneum tibi eſt attributum ſpatium: fati, cujus perexigua ad te portio pertinet. Peccat alius quis adverſum me? ipſe viderit; ſuam habet propriam animi affectionem, ſuum actum. Ego in præſentia id habeo, quod me habere vult communis natura: agoque id quod agere me jubet mea natura.

18. Pars animi tui princeps ne immutetur ullo vel levi vel aſpero carnis motu, ne permiſceatur, ſed circumſcribat ſe; paſſiones autem illas quæ in membris oriuntur, intra proprios limites contineat. Quod ſi eæ ratione alterius conſenſus, qui naturalis eſt, ad intelligentiam perveniunt, nimirum quatenus ea cum corpore copulata eſt; tum quidem ſenſui, cum is à natura proficiſcatur, reluctandum non eſt: opinioni autem mali aut boni adſentire mens non debet.

19. Vivere cum diis. Vitam vero cum diis agit, qui continenter iis ſuum animum oſtendit probantem ea quæ ipſi fatum tribuit, agentemque ea quæ genio placita ſunt, quem Jupiter, ſuæ quandam particulam naturæ, unicuique præſidem ducemque dedit: nimirum mentem atque rationem.

20. Ne

ζων, ὡς ἔν πνι χρόνῳ καὶ ὀπὶ μικρὸν ἐνοχλήσαντι; μέμνησο τῆ συμπάσης οὐσίας, ἧς ὀλίγιστον μετέχεις· καὶ τῆ σύμπαντος αἰῶνος, ἧ βραχὺ καὶ ἀκαλειαίδον σοι διάστημα ἀφώρισται· καὶ τῆ εἱμαρμένης, ἧς πόσον εἶ μέρος. Αλλος ἁμαρτάνει πῖ εἰς ἐμέ; ὄψεται· ἰδίαν ἔχει διάθεσιν, ἰδίαν ἐνέργειαν. ἐγὼ νῦν ἔχω ὃ με θέλει νῦν ἔχειν ἡ κοινὴ φύσις· καὶ ποιῶ ὃ με νῦν πράσσειν θέλει ἡ ἐμὴ φύσις.

ιη'. Τὸ ἡγεμονικὸν καὶ κυρίευον τῆ ψυχῆς σε μέρος ἀπερίπλοκον ἔστω ὑπὸ τῆ ἐν τῆ σαρκὶ λείας ἢ τραχείας κινήσεως, καὶ μὴ συγχρινέσθω, ἀλλὰ φειδεσφέρετω αὐτό, καὶ φειδεσιζέτω τὰς πείσεις ἐκείνας ἐν τοῖς μοιρίοις. ὅταν δ' ἀναδιδῶνται κατὰ τῆ ἑτέραν συμπάθειαν εἰς τῆ διανοίαν, ὡς ἐν σώματι ἥνωμένῳ, τότε πρὸς μὲν τῆ αἴσθησιν, φυσικὴν οὖσαν, ἃ πειρατέον ἀντιβαίνειν· τὸ δ' ὑπόληψιν, τὸ ὡς φεῖ ἀληθῆ ἢ κακῆ, μὴ φεύπτέτω τὸ ἡγεμονικὸν ἐξ αὐτῆ.

ιθ'. Συζῆν θεοῖς. Συζῆ δ' θεοῖς ὁ συνεχῶς δεικνὺς αὐτοῖς τὸ ἑαυτῆ ψυχὴν ἀρεσκομένην μὲν τοῖς ἀπονεμομένοις ποιῆ παρ' ὅσα βέλεται ὁ δαίμων, ὃν ἑκάστῳ φεσταθτο καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν, ἀπόσπασμα ἑαυτῆ. ἔστω δὲ ὅδε, ὁ ἑκάστε νῆς καὶ λόγος.

κ'. Τῷ γελάσονι μήτε ὀργίζου· μήτε τῷ ὀζοστόμῳ ὀργίζου· τί σοι ποιήσει; τοιοῦτον στόμα ἔχει, τοιαύτας μάλας ἔχει. αὐάγκη τοιαύτῃ ἀποφορὰν ἀπὸ τοιούτων γίνεσθαι. Αλλ' ὁ ἄνθρωπος λόγον ἔχει, φησί, καὶ δύναται συνιστεῖν ἑφ' ἑαυτῷ τί πλημμελεῖ. σὺ οὖν γνοίης. τοιαρᾶν καὶ σὺ λόγον ἔχεις. κίνησον λογικῇ λογικὴν διάθεσιν· δεῖξον, ὑπόμνησον. εἰ γὰρ ἐπαΐει, θεραπεύσεις, καὶ οὐ χρεία ὀργῆς.

κα'. [1] Οὔτε τραγῳδὸς, ἔστε πόρνη. Ως ἐξελθὼν ζῆν δύνῃ, ἔστως ἐνταῦθα ζῆν ἔξεστιν. Εὰν δὲ μὴ ὀπισπέπωσι, τότε καὶ τὴν ζῆν ἔξιθι· ἔστως μήτοι, ὡς μηδὲν κακὸν πάσχων· καὶ, Καπνός ὄζει, ἀπέρχομαι. τί αὐτὸ φρᾶγμα δοκεῖς; Μέχρι δέ με τοιοῦτον οὐδὲν ἐξάγει, μήτω ἐλεύθερος, καὶ οὐδεὶς με κωλύσει ποιεῖν ἃ θέλω. θέλω δὲ τῇ φύσει τῇ λογικῇ καὶ κοινωνικῇ ζώῳ.

κβ'. Ο τῆς ὅλης, κοινωνικός. πεποίηκε γῆν τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν· καὶ τὰ κρείττω ἀλλήλοις συνήρμοσεν. ὁρᾷς πῶς ὑπέταξε, συνέταξε, καὶ τὸ κατ' ἀξίαν

1 Hæc verba videntur Caſ. vim adagii habere, & ad commendationem ſeceſſus adduci.

ἀπέ-

20. Ne iraſcaris ei qui hircum olet, aut cui anima fœtet: quid illum vis facere? Tales ſunt ejus alæ; tale os: ex talibus talem exhalationem afflari neceſſe eſt. At ratione, inquis, præditus eſt homo, ac ſi advertere velit, intelligere poteſt qua in re delinquat. Bene res habet. Proinde tu, qui & ipſe ratione præditus es, rationalem mentis ejus affectum, rationali tuæ mentis affectu excita, doce, commonefac: ſi enim obtemperat tibi, ſanabis eum, neque ira opus erit.

21. Ubi neque vociferator, neque ſcortum. Ut ſeceſſurus vivere cogitas, ita hic quoque vivere tibi licet. Quod ſi tibi non conceditur, tunc vita excede: ita tamen, ut qui nihil mali patiatur. Sed, Fumus hic eſt: abeo. Quid hoc rei eſſe putas? Dum vero nihil me tale abducit, liber permaneo, neque me quiſquam prohibet agere, ut volo: volo autem, ut naturæ animantis ratione præditi, & ad cœtum nati convenit.

22. Mens quæ mundum gubernat, ſocietatis rationem habuit: itaque & inferiora præſtantiorum cauſa effecit, & præſtantiorum unum alteri conciliavit. Vides, ut ſubjecerit, conjunxerit, ac unicuique ſecundum dignitatem ſuum tribuerit, eaque quæ

ſunt præſtantiſſima, mutuo conſenſu devinxerit.

23. Quomodo te hactenus adverſus Deos, parentes, fratres, uxorem, liberos, præceptores, alumnos, amicos, familiares, famulas geſſiſti? An in hunc uſque diem in neminem horum re verbove fuiſti injurius? Reminiſcere etiam quæ ſuperaveris, ac toleraveris: tum fabulam vitæ tibi jam peractam, teque tuo miniſterio defunctum eſſe. Quam multa vidiſti pulchra? quot voluptates, quot dolores deſpexiſti? quam multa ſpecie glorioſa inſuper habuiſti? quot perverſis hominibus æquum te præbuiſti?

24. Quamobrem animi artis & diſciplinæ vacui, arte & ſcientia præditum confundunt? quem vero animum arte & ſcientia præditum vocas? eum, qui principium & finem cognoſcit, & mentem, quæ per univerſam rerum naturam penetrat, ac per omnes ſeculorum curſus definitos atque ſtatos mundum gubernat.

25 Jamjam cinis eris, & oſſa nuda, nihil præter nomen (ſi tamen id ſupererit) tui reſtabit. Nomen autem nihil eſt quam ſonitus. At ea quæ magni in vita pretii habentur, vana ſunt, putrida, exigua, atque inſtar catellorum

ἀπένειμεν ἑκάστοις. καὶ τὰ κρατιστεύοντα εἰς ὁμόνοιαν ἀλλήλων συνήγαγε.

κγ'. Πῶς προσενήνεξαι μέχρι νυῦ θεοῖς, γονεῦσιν, ἀδελφοῖς, γυναικὶ, τέκνοις, διδασκάλοις, τροφεῦσι, φίλοις, οἰκείοις, οἰκέταις; εἰ πρὸς πάντας σοι μέχρι νυῦ ὅτι τὸ μήτε τινα ξέξαι ἐξαίσιον, μήτε εἰπεῖν; Ἀναμιμνήσκυ δὲ καὶ δί' οἵων διελήλυθας, καὶ οἷα ἤρκεσας ὑπομεῖναι· καὶ ὅπ πλήρης ἤδη σοι ἡ σοεία τ βίυ, καὶ τελεία ἡ λειτυργία· καὶ πόσα ὦ πάι καλὰ, καὶ πόσων μὲ ἡδονῶν καὶ πόνων ὑπερεῖδες· πόσα δὲ ἔνδοξα παρεῖδες· εἰς ὅσυς δὲ ἀγνώμονας εὐγνώμων ἐγένυ.

κδ'. Διὰ τί συγχέυσιν ἄτεχνοι καὶ ἀμαθεῖς ψυχαὶ ἔντεχνον καὶ ὀπτικήμονα; τίς ουῦ ψυχὴ ἔντεχνος καὶ ὀπτικήμων; ἡ εἰδῦα ἀρχὴν καὶ τέλος, καὶ τ διὰ τ ὑσίας διήκοντα λόγον, καὶ διὰ παντὸς τ αἰῶνος χρόνυ περιόδυς τεταγμένας οἰκονομῦντα τὸ πᾶν.

κε'. Οσον ὀλέπω τοδός, ἢ σκέλεος, ἢ ὅτοι ὄνομα, ἢ ὀδὲ ὄνομα. τὸ δὲ ὄνομα, φόφος καὶ ἀπήχημα. τὰ δὲ ἐν τῷ βίῳ πολυτίμητα, κενὰ, καὶ σαπρὰ, καὶ μικρὰ, καὶ κυνίδια ἀλλαλοκνάμφτα, καὶ παιδία φιλο-

φιλόγελωτα, γελῶντα, εἶτα δὲ δὺς κλαίοντα· πίστις δὲ καὶ αἰδὼς, καὶ δίκη, καὶ ἀλήθεια,

[1] Πρὸς ὄλυμπον, ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης.

Τί οὖν ἔτι τὸ ἐνταῦθα κατέχον, εἴγε τὰ μὲν αἰσθητὰ, εὐμετάβλητα, καὶ ἄχ ἑστῶτα· τὰ δὲ αἰσθητήρια, ἀμυδρὰ καὶ εὐπαραπόπωτα. αὐτὸ δὲ τὸ ψυχάριον, ἀναθυμίασις ἀφ' αἵματος. τὸ δὲ εὐδοκιμεῖν ἐν τοιούτοις, κενόν. τί οὖν παρεμφύεις; ἵλεως τὸν εἴτε σβέσιν, εἴτε μετάστασιν. ἕως δὲ ἐκείνης ὁ καιρὸς ἐφίσταται, τί μοι κεῖ; τί δ' ἄλλο ἢ θεὸν μὲν σέβειν καὶ εὐφημεῖν· ἀνθρώπους δὲ εὐποιεῖν· καὶ ἀνέχεσθαι αὐτῶν καὶ ἀπέχεσθαι. ὅσα δὲ ἐκτὸς ὅρων τοῦ κρεαδίου, καὶ τοῦ πνευματίου, ταῦτα μεμνῆσθαι μήτε σὰ ὄντα, μήτε ὑπὲ σοι.

κς'. Δύναται ἀεὶ εὐροεῖν, εἴγε καὶ ὁδεύειν, εἴγε καὶ ὁδῷ ἐπολαμβάνειν, καὶ πράσσειν. Δύο ταῦτα κοινά, τῆς τοῦ θεοῦ, καὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ παντὸς λογικοῦ ζώου ψυχῆς, τὸ μὴ ἐμποδίζεσθαι ὑπ' ἄλλου. καὶ τὸ ἐν τῇ δικαϊκῇ διαθέσει καὶ πράξει ἔχειν τὸ ἀγαθόν, καὶ ἐνταῦθα τὸν ὄρεξιν ἀπολήγειν.

---

1 *Hæsiod.* oper. l. 1. v. 195.

κζ'. Εἰ

tellorum mordicantium, aut puerorum inquietorum, qui modo rident, mox plorant. Cæterum fides, pudor, justitia, & veritas,

Climatibus terræ cœlum petiere relictis.

Quid ergo restat, quod te hic detineat, sensilisne tam fluxa, totque mutationibus exposita? an sensus, obscuri, & qui facile decipiantur? an animula, quæ nihil aliud est, quam exhalatio à sanguine? an gloria, inter hujusmodi homines tam vana res & inanis? Quid ergo aliud operiris, nisi vel extinctionem, vel translationem, idque æquo animo? Quid interim donec tempus ejus instat, tibi sufficiet? Quid aliud, quam deos venerari & celebrare, hominibus benefacere, eosque & ferre, & iis abstinere: quæ extra tuæ carunculæ & animulæ sunt posita fines, ea meminisse neque possessionis, neque potestatis tuæ esse?

26. Semper potes uti secundis successibus, si rectæ viæ insistere, si recte semper sentire, & facere. Duo hæc divinæ menti communia sunt cum hominis, omnisque ratione præditi animalis animo: unum, non posse te ab alio impediri: alterum, in justa voluntate & actione bonum esse collocatum, eosque appetitionis extremos esse limites, quos natura constituit.

27. Si

27. Si hoc neque mea fit malitia, neque actio est à mea proficiscens malitia; neque communitati damno est; quid solicitus de eo sum? quod vero damnum est communis societatis? Non enim patere fallaci rerum specie usquequaque te abripi. Sed opitulare quidem illis pro viribus tuis & rei ipsius merito, quanquam in mediis tantum rebus & externis detrimentum patiantur. At damnum tamen id vere esse, noli credere. Malo enim id more fit. Sed quemadmodum senex discedens [1] rhombum alumni poscebat, memor rhombum esse: ita tu hic: Quasi vero bonum aliquid fiat in rostris. Heus homo, oblitus es, quid hæc sint? sane: sunt tamen in magno hæc apud istos pretio. Propterea tu quoque stultus esse vis? sufficiat quod aliquando fueris.

28. Qualibet hora mors intercipiat, licet esse fortunatum. Fortunatum voco, quicunque sibi bonam fortunam fabricatur. Bona autem fortuna, boni sunt motus animi, bonæ appetitiones, bonæ actiones.

---

1 Inter crepundia puerilia numeratur ῥόμβος, an autem hæc verba sint *Ant.* an poetæ cujusdam tragici sive Comici, incertum est.

κζ'. Εἰ μήτε κακία ἐστὶ τοῦτο ἐμοὶ, μήτε ἐνέργεια τοῦ κακίαν ἐμοὶ· μήτε τὸ κοινὸν βλάπτεται, τί ὑπὲρ αὐτοῦ διαφέρομαι; πῶς δὲ βλάβη τοῦτο κοινοῦ; Μὴ ὁλοχερῶς τῇ φαντασίᾳ συναρπάζεσθαι· ἀλλὰ βοηθεῖν μὲ τοῦ δυνάμων καὶ κατ' ἀξίαν, κἂν εἰς τὰ μέσα ἐλαττῶνται. μὴ μὴν τοι βλάβην αὐτὸ φαντάζεσθαι. κακὸν γὰρ ἔθος. ἀλλ' ὡς ὁ γέρων ἀπελθὼν τὰ τοῦ θρέπτου ἐρώμενον ἀπῄτει μεμνημένος ὅτι ἐρώμενος· ὅτως οὖν κἀνῶδε. [1] ἐπεί τοι γίνη καλῶν ὀπὶ τῶν ἐμβόλων. ἀνθρωπε ἐπελάθου τί ταῦτα ἦν; ναὶ· ἀλλὰ τούτοις θεατρίζεται. διὰ τοῦτ' οὖν καὶ σὺ μωρὸς γένῃ; ἐγχωρεῖ μὴν ποτε.

κη'. Οπου δή ποτε [2] καταλειφθείς, εὔμοιρος ἀνθρωπος. τὸ δὲ εὔμοιρος ἀγαθὴν μοῖραν σεαυτῷ ἀπονείμας. ἀγαθαὶ δὲ μοῖραι, ἀγαθαὶ τροπαὶ ψυχῆς, ἀγαθαὶ ὁρμαὶ, ἀγαθαὶ πράξεις.

---

1 *Cas.* ἐπεὶ, τὶ γίνῃ καλῶν ἐπὶ τῶν ἐμβόλων; & [καλῶν] habet pro part. non pro nomine, ut voluit *Xyl.* quasi Angl. scripsisset γίνηττυ.

2 *Cas.* leg. καταληφθεὶς [ὑπὸ θανάτου] scil. & *Xyl.* præced. [ἐγενόμην ποτὲ] connectit huic periocb. non priori.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ

αὐτοκράτορος, τὰ εἰς ἑαυτόν,

ΒΙΒΛΙΟΝ ε'.

Ἡ τῶν ὅλων οὐσία, εὐπειθὴς, καὶ εὐτρεπὴς· ὁ δὲ ταύτῃ διοικῶν λόγος οὐδεμίαν ἐν ἑαυτῷ αἰτίαν ἔχει τοῦ κακοποιεῖν. κακίαν γὰρ οὐκ ἔχει, οὐδέ τι κακῶς ποιεῖ· οὐδὲ βλάπτεταί τι ὑπ' ἐκείνου. πάντα δὲ κατ' ἐκεῖνον γίνεται, καὶ περαίνεται.

β'. Μὴ διαφέρου πότερον ξιγῶν, ἢ θαλπόμενος· τὸ πρέπον ποιεῖς· καὶ πότερον νυστάζων, ἢ ἱκανῶς ὕπνου ἔχων· καὶ πότερον κακῶς ἀκούων, ἢ εὐφημούμενος· καὶ πότερον ἀποθνήσκων, ἢ πρᾶττόν τι ἄλλοῖον. μία γὰρ τῶν βιωτικῶν πράξεων καὶ αὐτὴ ἔστι, καθ' ἣν ἀποθνήσκομεν. ἀρκεῖ οὖν καὶ ἐπὶ ταύτης τὸ παρὸν εὖ θέσθαι.

γ'. Ἐσω βλέπε. μηδενὸς πράγματος μήτε ἡ ἰδία ποιότης, μήτε ἡ ἀξία διαφευγέτω σε. Πάντα τὰ ὑποκείμενα τάχιστα μεταβάλλει, καὶ ἤτοι ἐκμυωθήσεται,

M. ANTONINI *IMP.* de ſeipſo, & ad ſeipſum,

LIBER SEXTUS.

NAtura univerſi ſuo gubernatori obediens eſt, ac bene compoſita: quæ vero eam gubernat mens, nullam in ſeipſa habet malefaciendi cauſam: quippe nihil in ſe mali habens, nihil etiam male facit, neque peccat, neque ab ea quicquam læditur: omnia vero ſecundum eam fiunt atque perficiuntur.

2. Nullo pone in diſcrimine, algenſve, an calens, dormituriens an ſomni ſatur, male an bene audiens, moriens an aliud quid agens: id facias, quod te decet: quando mors etiam una eſt earum actionum, quæ ad vitam referuntur. Sufficit igitur ea etiam imminente, id quod inſtat, bene collocare.

3. Intro reſpice. Nullius rei neque propria qualitas, neque meritum te lateat. Omnia ſubjecta celerrime mutantur, & aut in halitum reſolvuntur, ſi quidem omnium rerum in u-

nam ſubſtantiam futura eſt recollectio; aut diſſipantur.

4. Mens univerſi gubernatrix ſcit quo conſilio quid agat, & quam habeat materiam ſubjectam.

5. Ulciſcendi ratio optima eſt, ne ſimilis fias ejus qui injuriam fecit. Uno hoc te oblecta, inque uno hoc acquieſce, ut ab una ſocietatis humanæ tuendæ cauſa ſuſcepta actione, ad aliam tranſeas, Dei memor.

6. Princeps hominis pars eſt ea, quæ ſeipſam excitat atque ciet, ſeque talem, qualem vult, efficit, præſtatque ut ea quæ eveniunt talia, qualia ipſa vult, ſibi videantur.

7. Omnia ſecundum naturam univerſi fiunt: neque enim poſſunt fieri ſecundum aliam aliquam, ſive extrinſecus circundantem, ſive incluſam, ſive foris ſuſpenſam.

8. Univerſum aut confuſio quædam eſt, & contextus fortuitus rerum iterum à ſe divellendarum & diſſipandarum: aut unitione, ordine, & prudentia conſtat. Si priùs illud verum eſt, quid eſt, cur cupiam inani huic colluviei & mixturæ immorari? quid aliud expetendum, quam ut in terram utcunque redigar? quid perturbor? quicquid egero, tamen diſſipatio me manet. Sin alterum illud verum

ται, [1] εἴ γὰρ ἥνωται ἡ ὐσία, ἢ σκεδασθήσεται.

δ'. Ο διοικῶν λόγος οἶδε πῶς ἀμείμπτος, καὶ πῇ ποιεῖ, καὶ ὁπῇ τίνος ὕλης.

ε'. Ἀεὶς τρόπος τοῦ ἀμύνεσθαι, τὸ μὴ ἐξομοιοῦσθαι. Εἰ τέρπει, καὶ φέρε σαναπαύου, τῷ ἀπὸ πράξεως κοινωνικῆς μέλεσαί γειν ὅπῃ πρᾶξιν κοινωνικὴν σοὶ μνήμη δεῖ.

ς'. Τὸ ἡγεμονικὸν ὄζει, τὸ ἑαυτὸ ἐγεῖρον καὶ τρέπον, καὶ ποιοῦν μὲ ἑαυτὸ οἷ ἂν καὶ θέλῃ· ποιοῦν ὃ ἑαυτῷ φαίνεται πᾶν τὸ συμβαῖνον οἷ αὐτὸ θέλει.

ζ'. Κατὰ τὴν τῶ ὅλων φύσιν ἕκαστα περαίνεται. ἃ γὰρ κατ' ἄλλην γέ πνα φύσιν, ἤτοι ἔξωθεν τειέχῃ, ἢ ἐμπεριέχομένην ἔνδον, [2] ἢ ἔξω ἀπηρτημένην.

η'. Ἤτοι κυκεὼν, καὶ ἀντεμπλοκὴ, καὶ σκεδασμὸς· ἢ ἕνωσις, καὶ τάξις, καὶ πρόνοια. εἰ μὲν ἦν τὰ πρότερα, τί καὶ ὀπτυμῶ εἰκαίῳ συγκρίματι, καὶ φυρμῷ τοιούτῳ ἐνδιατρίβειν; τί δέ μοι καὶ μέλει ἄλλο πνὸς, ἢ τὸ ὅπως ποτε αἷα γένεσθαι; τί ὃ καὶ παράσομαι;

1 [siquidem compacta sit eorum substantia] vertit *Xyl.* sed *Cas.* intell. hæc verba de generali rerum omnium per ἐκπύρωσιν in Deum resolutione, sed fort. verius possunt referri ad quotidianam rerum mutatarum ἀναθυμίασιν.

2 fort. vertendum [foris solutam] aut [independentem] nam hoc quoq; significat [ἀπηρτημένην.]

ήξει γὰρ ἐπ' ἐμὲ ὁ σκεδασμὸς, ὅ, τι ἂν ποιῶ. εἰ ὃ θάτερα ὄζει, σέβω καὶ ἐυσαθῶ, καὶ θαῤῥῶ τῷ διοικοῦντι.

θ'. Ὅταν ἀναγκαθῇς ὑπὸ τῆς φαντασικοῦ τινος οἰονεὶ ἀφαταραχθῆναι, ταχέως ἐπάνιθι εἰς ἑαυτὸν, καὶ μὴ ὑπὲρ τὰ ἀναγκαῖα ἐζίσασο τῷ ῥυθμῷ. ἔσῃ γὰρ ἐγκρατέστερος τῆς ἁρμονίας τῆς συνεχῶς εἰς αὐτὴν ἐπανέρχεσθαι. Εἰ μητρῷ ἀντεῖπας ἤδη ἔχεις καὶ μητέρα, ἐκείνῃ τ' ἂν ἐθεράπευες, καὶ ὅμως ἡ ἐπάγουσά σοι τρὸς τὴν μητέρα συνεχὴς ἐγίνετο· τοῦτό σοι γοῦν ὄζειν ἡ αὐλὴ, καὶ φιλοσοφία· ὧδε πολλάκις ἐπάνιθι, καὶ φεύγε ἀναπαύου τούτῃ, δι' ἣν καὶ τὰ ἐκεῖ σοι ἀνεκτὰ φαίνεται, καὶ σὺ ἐν αὐτοῖς ἀνεκτός.

ι'. Οἷον δὴ τὸ φαντασίαν λαμβάνειν ὅπη τῆς ὕλων, καὶ τῆς τοιούτων ἐδωδίμων· ὄπτον νεκρὸς ἔτος ἰχθύος, ἔτος ὄρνις, νεκρὸς ὄρνιθος, ἢ χοίρε· καὶ πάλιν, ὅπ ὁ φαλέρνος, χυλαίειόν ὄζει σαφυλίε· καὶ ἡ φοινικόρφυρος, περίκια φοβαπίε, αἱματῴ κόγχης δεδυμμένα. καὶ ὅδε τ' ἐπὶ τῇ συνουσίαν· ἐντερίε παράτριψις, καὶ μετά τινος ἀσασμὸς μυξαερίε ἔκκρισις. οἷαι δὴ αὗταί εἰσιν αἱ φαντασίαι καθικνούμεναι αὐτῶν τῶν πραγμάτων, καὶ διεξιοῦσαι δι' αὐτῶν, ὥστε ὁρᾶν ἃ τινά

rum eſt, pietatem colo, animoque conſtanti ſum, & gubernanti mundum confido.

9. Cum te rerum præſentium ſtatus nonnihil perturbat, celeriter ad te redi, neque ultra quam neceſſe eſt, à legitimis inſtitutæ ſaltationis modulis diſcede. Nam eo facilius harmoniam tueberis, ſi continenter ad eam revertaris. Si tibi ſimul & noverca, & mater eſſet, illam quidem coleres, & tamen crebro ad matrem te reciperes. Eadem eſt tibi ratio aulæ, & philoſophiæ. Quare ad hanc ſæpenumero revertere, & in hac acquieſce, quæ efficit, ut & res aulicæ tibi tolerabiles videantur, & tu dum in iis verſaris, aliis non intolerabilis.

10. Quam præclarum illud eſt, ciborum & eduliorum quorumcunque tales in animo notiones impreſſas & conſignatas habere: Hoc eſt piſcis cadaver; illud avis, aut porci: item, Falernum, ſuccus eſt exiguus uvulæ: purpura, capilli oviculæ, modico teſtudinis ſanguine imbuti: tum coitus, inteſtini parvi affrictio, mucique excretio non ſine convulſione. Cogitationes hæ præclaræ ſunt: nam rem ipſam attingunt, ac totam pervadunt, ut qualis ea ſit, cerni poſſit. His per

omnem vitam utendum eſt: ac ſicubi res quam maxime videtur comprobatu digna, tegumentis eſt nudanda, ut & ejus in conſpectum veniat vilitas, & verborum phaleræ quibus ſe oſtentabat, ei adimantur. Etenim fucus impoſtor eſt callidiſſimus, ac tum maxime in fraudem inducit, cum quis maxime ſe res ſerias & dignas tractare putat. Vide igitur, quid de 1 Xenocrate ipſo Crates dicat. Pleraque eorum, quæ vulgus admiratur, ad latiſſime patentia revocari poſſunt, quæcunque ſcilicet ſub habitu aut natura continentur, ut ſunt lapides, ligna, ficus, vites, oleæ. Qui vero paulo ſunt honeſtiores, illa potiſſimum, quæ ſunt animata: ut greges, armenta. Qui vero adhuc urbaniores & elegantiores ſunt, iis maxime capiuntur, quæ ſunt anima rationali prædita: non illa quidem ſimpliciter rationali, ſed quatenus artes tractat, aut aliqua peculiari ſolertia inſignis eſt; aut etiam ſimpliciter rationali; ut mancipiorum multitudine. Qui vero animam rationalem, qua rationalis

1 de *Xenocr.* agit *Diog. Laer.* eumque σεμνὸν & σκύθρωπον fuiſſe dicit. Sed *Crates* iſte an Athenienſis fuerit an Thebanus (qui & Cynicus) incertum eſt.

eſt,

πνά ποτ' ὄζίν. ἔτως δεῖ παρ' ὅλον τ βίον ποιεῖν, καὶ ὅπυ λίαν ἀξιοπιστότατα τραγματα φαντάζεται ἀπογυμνῶν αὐτά, καὶ τ' τελείαν αὐτῶν καθορᾶν, καὶ τ' ἰσοτείαν ὑφ' ἣν σεμνύνεται θεωρεῖν· δεινὸς γὰρ ὁ [1] τῦφος παραλογίζεσθαι· καὶ ὅτε δοκεῖς μάλιστα θεὶ τὰ αὐθαδαία καταγίνεσθαι, τότε μάλιστα καταγοητεύει. Ορα γοῦν ὃ Κράτης, τί θεὶ αὐτῷ τῷ Ξενοκράτυς λέγει· Τὰ πλεῖστα ὧν ἡ πλὴθὺς θαυμάζει, εἰς γλυκώτατα ἀνάγεται, τὰ ὑπὸ [2] ἕξεως ἢ φύσεως συνεχόμενα· λίθυς, ξύλα, συκᾶς, ἀμπέλυς, ἐλαίας. τὰ δ' ὑπὸ τ ὀλίγω [3] μετριοτέρων, εἰς τὰ ὑπὸ ψυχῆς· οἷς, ποίμνας, ἀγέλας. τὰ δ' ὑπὸ τῆς ἔτι χαιτεστέρων, εἰς τὰ ὑπὸ λογικῆς ψυχῆς, ἃ μὴ τοι καθολικῆς, ἀλλὰ καθ' τεχνικήν, ἢ ἄλλως πῶς ἐντεχνής· ἢ χῦλὸν, τὸ πλῆθος ἀνδραπόδων κεκλῆσθαι. Ο δ' ψυ-

---

1 *Cas.* reddit [fucus] quasi legisset [φῦκος] non [τῦφος.]

2 *Ant.* ἕξιν hic non accipit vulgari sensu, sed eo fortasse quo *Galen.* qui eam definit πνεῦμα συνέχον καὶ συγκρατὲν τὰ μέρη

3 *Gat.* reddit modestiores sive moderatiores rectius fortasse.

χιω

χὴν λογικὴν καὶ δολικὴν καὶ πολιτικὴν τιμῶν, ὧδέν ἔτι τῆ ἄλλων ὑπτερέφεται. πρὸ ἁπάντων δ' τ ἑαυτῆ ψυχὴν λογικῶς καὶ κοινωνικῶς ἔχοσῃ, καὶ κινυμένην ὁμοιώσῃ. καὶ τῆ ὁμοιώσει εἰς τοῦτο συνεργεῖ.

ια'. Τὰ μὲν ἀσεύδεα γίνεσθαι, τὰ δὲ ἀσεύδεα γεγονέναι. καὶ τ χρόνον δὲ ἤδη πᾶ ἀπέσβη. ξύσεις καὶ ἀλλοιώσεις ἀναπαύσασι τ κόσμον διηνεκῶς, ὥσπερ ἡ τ χρόνε ἀδιάλειπτος φορὰ τ ἄπειρον αἰῶνα νέον ἀεὶ παρέχεται. Εν δὴ τούτῳ τῆ ποταμῷ, πᾶ ἄν τις τῶν τ παραδεόντων ἐκπεμπόσεων, ἐφ' ὅ σπεύσειν ἂν ἔξεσιν; ὥσπερ εἰ πᾶς τ ῥεῦμα πετομένων σφηδόνων φιλεῖν ἄρχοιτο· τὸ δ' ἤδη ἐξ ὀφθαλμῶν ἀπελήλυθεν. Τοιοῦτον δή τι καὶ αὐτὴ ἡ ζωὴ ἐκάσε, οἷς ἡ ἀφ' αἵματος ἀναθυμίασις, καὶ ἡ ἐκ τ ἀέρος ἀναπνοή. ὅπισον γὰρ ὅτι τὸ ἄπαξ ἑλκῦσαι τ ἀέρα καὶ ἀποδῶναι, ὅπερ παρέκασον ποιῆμεν· τοιοῦτόν ὅτι καὶ τὸ τ παῆ ἀναπνευσικὴν δυνάμιν, ἣν χθὲς καὶ πρώην ἀποτεχθεὶς ἐκτήσω, ἀποδῶναι ἐκεῖ, ὅθεν τὸ πρῶτον ἔασας.

ιβ. [1] Ως τὰ φυτὰ τίμιον ὅτε τὸ δια-

1 Confusus horum verborum ordo sic fort. restituendus est, τίμιον, ὅτε τὸ διαπνεῖσθαι, ὡς τὰ φυτὰ, πνεῖσθαι.

eſt, & civilis communitatis appetens, veneratur, reliquarum is rerum nullam curat: ſed omnibus poſtpoſitis ſuum animum ita affectum, atque ita ſe moventem, ut rationi & civili ſocietati congruit, conſervat; mentique, univerſi moderatrici, cui natura cognatus eſt, hac in re inſervit.

11. Quædam jam fiunt, quædam mox exiſtent, quin & ejus quod fit, pars jam nunc aliqua evanuit. Fluxus, & alterationes continenter mundum renovant: quemadmodum infinitum ævum temporis adſiduo lapſu novum ſubinde redditur. In hoc itaque flumine quiſnam ea quæ præterferuntur, ac quibus inſiſtere non poſſit, honore aliquo dignetur? is quidem perinde ſit, ac ſi quis unum de prætervolantibus paſſerculis diligere incipiat, atque is jam è conſpectu ejus abierit. Certe & vita uniuſcujuſque hominis quid aliud, quam vapor ſanguinis, & momentanea aëris aſpiratio? Quale enim eſt ſemel animam attrahere, & ſemel efflare, quod indefinenter facimus; tale etiam eſt, omnem reſpirandi facultatem, quam heri aut nudius tertius nati accepimus, eo ſimul omnem refundere, unde accepimus.

12. Quod vegetamur more ſtirpium,

pium, respiramus more pecudum, & ferarum; quod visis afficimur; quod appetitione impellente huc illuc rapimur; quod congregamur; quod nutrimur; omnia hæc non majori sunt in pretio ponenda, quam quod excernimus cibi recrementa. Quid igitur honore dignum est? num plausus? nequaquam. Ergo ne laus quidem populi, quæ nihil est aliud quam plausus linguarum. Sublata igitur etiam gloriola, quid restat, quod suspiciamus & veneremur? Equidem hoc censeo, ut quemadmodum facti instructique à natura sumus, ita & moveamur animis & sustineamur. Eo nos etiam diligentia opificum, & artes ducunt. Omnis enim ars huc collimat, ut id quod paratum est, aptum sit & idoneum ad opus, cujus operis causa paratum est. Idem quærit vinitor, idem qui pullos equorum domat, idem qui canes educat. Institutio quoque primæ ætatis & disciplinæ, eo contendunt: is ergo finis est, quem expetere debeas. Hunc consecutus, nihil est in aliis rebus quod sis tibi quæsiturus. Quod si pergas alia etiam expetere, neque liber eris, neque tibi sufficies ipse, neque eris affectuum vacuus: necessario enim invidebis, æmulaberis, siniſtra suspicaberis de his, qui illa tibi adimere

πνεῖας· ὅτε τὸ ἀναπνεῖν ὡς τὰ βοσκήματα καὶ τὰ ἄνεια· ὅτε τὸ τυπτᾶσθαι καὶ φαντασίαν· ὅτε τὸ ὑδροποτεῖσθαι καθ' ὁρμήν· ὅτε τὸ σωαγελάζεσθαι· ὅτε τὸ τρέφεσθαι· τοῦτο γὰρ ὅμοιον τῷ ἀποκείνεσθαι τὰ ἄνεπώματα τῆς ζοφῆς. τί οὖν τίμιον; τὸ χρολεῖσθαι; οὐχί. ἀκούω δὲ τὸ ὑπὸ γλωσσῶν κροτεῖσθαι· αἱ γὰρ παρὰ τῶν πολλῶν δόφημίαι, κρότος γλωσσῶν. ἀφῆκας οὖν καὶ τὸ δοξάειον· τί καταλείπεται τίμιον; δοκῶ μὲν τὸ κατὰ τὴν ἰδίαν κατασκευὴν κινεῖσθαι, καὶ ἴσχεσθαι. Εφ' ὃ καὶ αἱ ὀπημέλειαι ἄλυσι καὶ αἱ τέχναι. ἥ τε γὰρ τέχνη πᾶσα τούτου σχολάζεται, ἵνα τὸ κατασκευασθὲν ὀπτησείως ἔχῃ πρὸς τὸ ἔργον πρὸς ὃ κατεσκεύασαι. ὅτε φυτουργὸς ὁ ὀπιμελούμενος τῆς ἀμπέλου, καὶ ὁ ποιμὴν ὁ ὀπιμελούμενος τοῦ ζητεῖ. αἱ δὲ παιδαγωγίαι, αἱ διδασκαλίαι, ὀπὶ τί πεύσεσιν; ὦ δὲ οὖν τὸ τίμιον. καὶ τοῦτο μὲν ἂν εὖ ἔχῃ, οὐδὲν τῆς ἄλλων ἀπειροίησεται σεαυτῷ. Οὐ παύσῃ καὶ ἄλλα πολλὰ τιμῶν; ὅτ' ἂν ἐλεύθερος ἔσῃ, ὅτε αὐτάρκης, ὅτε ἀπαθής. ἀναγκαῖον γὰρ φθονεῖν, ζηλοτυπεῖν, ὑφορᾶσθαι τοὺς ἀφελέσθαι ἐκεῖνα δυναμένους, ὀπιβουλεύειν τοῖς ἔχουσι τὸ τιμώμενον ὑπὸ σοῦ. ὅλως πεφύρ-

σθαι

δει ἀνάγκη τ ἐκείνων πυὸς ἐνδεῆ. πεφυκὲ δὲ πολλὰ καὶ τοῖς θεοῖς μέμφεδαι. ἡ δὲ τ ἰδίας διανοίας ἀιδὼς καὶ τιμὴ, σεαυτῷ τε ἀρεσόν σε ποιήσει, καὶ τοῖς κοινωνικοῖς ἐυάρμοσον, καὶ τοῖς θεοῖς σύμφωνον· τυτέσιν, ἐπαινοῦντα ὅσα ἐκεῖνοι διανέμυσι καὶ διατετάχασιν.

ιγ'. Αγω, κάτω, κύκλῳ, φοραὶ τ στοιχείων. ἡ δὲ τ ἀρετῆς κίνησις ἐν ἀδεμιᾷ τύτων, ἀλλὰ θειότερόν πι, καὶ ὁδῷ δυσεπιγνόητῳ πεφῦσα εὐοδεῖ.

ιδ'. Οἷον ὅτι ὁ ποιοῦσιν. τὺς μὲ δὴ τ αὐτῦ χρόνυ, καὶ μεθ' ἑαυτῶν ζῶντας ἀνθρώπυς εὐφημεῖν ἀ θέλυσιν. αὐτοὶ δὲ ὑσὸ τὴν μεταγλυτέρων εὐφημηθῆναι, ὃς ὅτε εἶδόν ποτε, ὅτε ὄψονται, πρὸς πολλῦ ποιοῦνται. τῦτο δὲ ἐγγύς ὅτι τῷ λυπηθῆναι ἄν, ὅπ ὐχὶ καὶ οἱ πρεσβύτεροι πρὸς σῦ λόγυς εὐφήμυς ἐποιοῦντο.

ιε'. Μὴ εἶπ αὐτῷ σοὶ δυσκατάπόνητον, τῦτο ἀνθρώπῳ ἀδυάτον ὑσολαμβάνειν. ἀλλ' εἴ πι ἀνθρώπῳ δυατὸν καὶ οἰκεῖον, τῦτο καὶ σεαυτῷ ἐφικτὸν νόμιζε.

adimere possunt, infidiaberis iis, qui id quod magni fit à te possident. Omnino enim necesse est eum esse animo perturbato, qui ista desiderat: sæpe etiam deos incusare. Qui vero mentem suam reveretur atque colit, is & sibi ipsi probabitur, & cum cœtu hominum bene ei conveniet, cumque diis consentiet; id est, laudabit quæcunque ii distribuunt & ordinaverunt.

13. Infra, super, atque circum, motus sunt elementorum. Motus vero virtutis in eorum nullo est, sed diviniore quadam, & ad intelligendum difficili via procedens, fœliciter ad propositam metam pervenit.

14. Vide quid agant homines. Eos qui eodem cum ipsis vivunt tempore, laudare nolunt: ipsi vero à posteritate laudari magnum existimant: nimirum ab iis quos neque viderunt, neque videbunt unquam. Id vero haud multo aliud est, quam si dolerent, non à prioris etiam ætatis hominibus se laudatos esse.

15. Non, si quid assequi industria tua nequis, id à nullo præstari posse homine existima: sed quicquid homo potest, quicquid ei convenit, id & tibi non impossibile judica.

16. In palæstra si quis unguibus adversarium laniavit, aut capite incusso feriit, non indignamur, neque offendimur, neque insidiarum suspectum habemus: cavemus quidem nobis ab eo, non ut ab hoste, neque siniſtrum quid de eo suspicamur, tantum placide eum declinamus. Id fieri debet etiam in reliquis vitæ partibus, [1] ut idem de aliis sentiamus, quod de iis, cum quibus colluctamur: possumus enim (ut dixi) citra suspicionem & odium ab iis cavere, & eos vitare.

17. Si quis me redarguere potest & demonstrare, quod non recte sentiam, aut agam, læto animo sententiam mutabo: veritatem enim quæro, quæ nemini unquam damno fuit; damnum autem facit, qui in errore & ignoratione sua permanet. Ego, quod est mei officii, ago; cætera me non avellunt. Aut enim anima, aut ratione carent; aut viæ ignara errant. Animantia rationis expertia, tum omnes ejusmodi res & subjecta, magno animo ut ratione præditus, ad usus quoscunque libere & liberaliter adhibeto. Hominibus vero, ut ipsis

1. *Gat.* vertit [negligamus] vel [non advertamus] rectius fort.

quo

ις'. Εν τοῖς γυμνασίοις καὶ ὄνυξι κατέδρυψέ πις, καὶ [1] τῇ κεφαλῇ ἐξέαγεὶς, πλὴν ἐποίησεν. ἀλλ' ὅτε ὀπισημαινόμεθα ὅτε πρὸσκόπομεν, ὅτε ὑφορώμεθα ὕστερον ὡς ὀπίθυλον· καί τοι φυλαπόμεθα, ὡ μὴ τοι ὡς ἐχθρὸν· ὡδὲ μεθ' ὑποψίας, ἀλλ' ἐκκλίσεως εὐμενοῦς. τοιοῦτόν τοι γλυκάνω, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς μέρεσι τ' βίε. πολλὰ παρενθυμώμεθα τῆ ὁδῷ πρὸσγυμναζομένων. ἔξεστι γὰρ ὡς ἔφην ἐκκλίνειν, καὶ μηδὲ ὑποπτεύειν, μηδὲ ἀπέχθεσθαι.

ιζ'. Εἴ πίς με ἐλέγξαι καὶ σφάλασῆσαί μοι, ὅπ ὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνω, ἢ πρᾶσσω, δύναται· χαίρων μεταθήσομαι. ζητῶ γὰρ τ' ἀλήθειαν, ὑφ' ἧς ὠδεὶς πώποτε ἐβλάβη. βλάπτεται δ', ὁ ὀπιμένων ὀπὶ τ' ἑαυτοῦ ἀπάτης καὶ ἀγνοίας. Εγὼ δ' ἐμαυτῷ καθῆκον ποιῶ. τὰ ἄλλά με ὁ πειπᾶ. ἤτοι γὰρ ἄψυχα, ἢ ἄλογα, ἢ πεπλανημένα, καὶ τ' ὁδὸν ἀγνοοῦντα. τοῖς μὲ ἀλόγοις ζώοις, καὶ καθόλε πρᾶγμασι καὶ ὑποκειμένοις, ὡς λόγον ἔχων, λόγον μὴ ἔχουσι, χρῶ μεγαλοφρόνως καὶ ἐλευθέρως. τοῖς δ' ἀνθρώποις,

---

1 *Casaub.* legendum putat τῷ κεφαλῷ ἐρράγης· πληγὼ ἐποίησε, ἀλλ' ὅτε. vel sic τῇ κεφαλῇ ἀῤῥάξας πληγὴν ἐπ'.

ὡς λόγον ἔχουσι χρῶ κοινωνικῶς. Ἐφ' ἅπασι δὲ σπεῦδε ὁσιακῶς, καὶ μὴ ἀφέρου πρὸς τὸ πόσῳ χρόνῳ ταῦτα πεφάξεις. ἀρκοῦσι γὰρ καὶ τρεῖς ὧραι τοιαῦται.

ιη'. Αλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, καὶ ὁ ὀρεωκόμος αὐτοῦ ἀποθανόντες εἰς τ' αὐτὸ κατέστησαν. ἤτοι γὰρ ἐλήφθησαν εἰς τοὺς αὐτοὺς τοῦ κόσμου σπερματικοὺς λόγους· ἢ διεσκεδάσθησαν ὁμοίως εἰς τὰς ἀτόμους.

ιθ'. Ενθυμήθητι πόσα κατ' ἐμὲ τὸν αὐχαειαῖον χρόνον ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν ἅμα γίνεται, σωματικὰ ὁμοῦ καὶ ψυχικά· καὶ οὕτως οὐ θαυμάσεις εἰ πολὺ πλείω, μᾶλλον δὲ πάντα τὰ γινόμενα ἐν τῷ ἑνί τε καὶ σύμπαντι, ὃ δὴ κόσμον ὀνομάζομεν, ἅμα ἐνυφίστασθαι.

κ'. Εάν τίς σοι σφόδρα πῶς χρήσεται τὸ Αντωνίνου ὄνομα· [1] μὴπι κατεντεινόμως σφοδρότητι ἕκαστον τῶν στοιχείων; τί οὖν ἐὰν ἐργάζωνται, μὴπ ἀνταρκῶ; μὴπι ἂν ἐξαεθμήτη πράως, σφοδρῶν ἕκαστον τῶν χαμμάτων; οὕτως ἔσῃ καὶ ἐνδάδε μέμνησο, ὅτι πᾶν καθῆκον ἐξ ἀναμφιλογίας συμπληρῶται. τούτους δεῖ τηρεῖν τὰ, καὶ μὲ θορυβέμενον, μηδὲ τοῖς δυσχεραίνουσιν ἀντιδυσχεραί-

1 Caſ. leg. μὴπι καταντεινόμως ἢ σφοδρότητι.

νοντα,

quoque mente inſtructis, ratione ſocietatis habita utere. In omni vero negotio deos comprecare: neque ſolicitus eſto, quantum temporis ſpatium tibi ad hoc agendum detur: ſufficiunt enim vel tres hujuſmodi horæ.

18. Alexander Macedo, agaſoque ejus, mortui in idem ſunt redacti: aut enim aſſumpti ſunt ad ſeminales illas mundi rationes; aut diſſipati ſunt in atomos, unus perinde atque alter.

19. Cum animo tuo conſidera, quam multa unico temporis momento fiant in uniuſcujuſque noſtrum cum animo, tum corpore: ita fiet, ut non mireris, quod omnia quæ fiunt, in hoc Uno & Univerſo (quod [mundum] vocamus) animali ſimul exiſtant.

20. Si quis à te quærat, quomodo ſit nomen Antonini ſcribendum, nonne ſingulatim omnes literas in hoc intentus unum proferres? Quid ergo ſi qui iraſcuntur, num viciſſim tu quoque ſtomachaberis? non potius numerum inibis placide ſingularum literarum? Itaque etiam hic memento ſuis omne officium quibuſdam conſtare numeris: quos imperturbatos ſervare, neque indignantibus aliis indignari, ſed recta via quod

tibi propoſuiſti, perficere te oportet.

21. Quam inhumanum eſt homines impedire, ne ad ea ferantur, quæ eis utilia & cognata videntur? Atqui id tu ne faciant prohibes quodammodo, dum iniquo animo fers eos delinquere. Feruntur enim utique ad id, quod naturæ ſuæ conjunctum, & utile putant. Sed res non ita habet. Id itaque oſtende eis, & doce citra indignationem.

22. Mors finem imponit ſenſuum, motus, & cogitationum officiis, animumque à corporis miniſterio liberat. Turpe autem eſt in hac vita, in qua corpus tuum labori non ſuccumbit, animum tuum elangueſcere.

23. Vide ne nomine tituloque Cæſar, in mores Cæſareos paulatim tu quoque degeneres: ne inficiaris. Poteſt enim hoc fieri. Itaque conſerva teipſum ſimplicem, bonum, integrum, gravem, apertum, juſtitiæ ſtudioſum, pium erga deos, benignum, humanum, ad officium tuendum fortem. Annitere ut talis permaneas, qualem te facere voluit philoſophia. Venerare deos, hominum ſaluti conſule. Breve eſt vitæ in terra degendæ tempus, omniſque ejus fructus, ſancta animi conſtitutio, & actiones communitati hominum utiles. Omnia, ut decet

Antonini

νοητα, φραίνειν ὀδῷ τὸ περικείμενον.

κα'. Πῶς ὠμὸν ὅτι μὴ ὑπεξέπιπτον τοῖς ἀνθρώποις ὁρμᾷν ὅπῃ τὰ φαινόμενα αὐτοῖς οἰκεῖα καὶ συμφέροντα; καὶ τοι τρόπον τινὰ ὁ συγχωρεῖς αὐτοῖς τοῦτο ποιεῖν, ὅταν ἀγανακτεῖς ὅτι ἁμαρτάνουσι. φέρονται γὰρ πάντως ὡς ὑπὸ οἰκείων καὶ συμφερόντων αὐτοῖς. ἀλλ' οὐκ ἔχει ὕπως. ἐκεῖνο διδάσκε, καὶ δείκνυε, μὴ ἀγανακτῶν.

κβ'. Θάνατος, ἀνάπαυλα αἰσθητικῆς ἀντιτυπίας, καὶ ὁρμητικῆς νευροπαθείας, καὶ διανοητικῆς διεξόδου, καὶ τῆς πρὸς τὴν σάρκα λειτουργίας. Αἰσχρὸν ὅτι ἐν ᾧ βίῳ τὸ σῶμά σοι μὴ ἀπαυδᾷ, ἐν τούτῳ τῷ ψυχῷ προαπαυδᾷν.

κγ'. Ορα μὴ ὑπακουσαρωθῇς, μὴ βαφῇς· γίνεται γάρ. τήρησον ἓν σεαυτὸν ἁπλοῦν, ἀγαθὸν, ἀκέραιον, σεμνὸν, ἄκομψον, φίλον δικαίῳ φίλον, θεοσεβῆ, εὐμενῆ, φιλόστοργον, ἐξεσταλμένον πρὸς τὰ πρέποντα ἔργα. ἀγώνισαι, ἵνα τοιοῦτος συμμείνῃς, οἷόν σε ἠθέλησε ποιῆσαι φιλοσοφία. αἰδοῦ θεὸς, σῴζει ἀνθρώπους. βραχὺς ὁ βίος· εἷς καρπὸς ὁσίας διαθέσεως ἐστὶν, καὶ πράξεις κοινωνικαί. Πάντα ὡς Αντωνίνε μαθητής.

ζητής. τὸ ὑπὲρ τὸν λόγον προσαπομιμούμενον αὐτὸν ἐκείνου, καὶ τὸ ὁμαλὲς παντα χοῦ, καὶ τὸ ὅσιον, καὶ τὸ [1] εὐόδιον τοῦ προσώπου, καὶ τὸ μειλίχιον, καὶ τὸ ἀκενόδοξον. καὶ τὸ φθάνειν τὴν κατάληψιν τῶν προαγμάτων φιλόπονον. καὶ ὡς ἐκεῖνος οὐκ ἄν ποτε ὅλως παρῆκεν, μὴ πρότερον εὖ μάλα κατιδών, καὶ σαφῶς νοήσας. καὶ ὡς ἔφερεν ἐκεῖνος τοὺς ἀδίκως αὐτὸν μεμφομένους μὴ ἀντιμεμφόμενος. καὶ ὡς ἐπὶ ἑδέν ἔσπευδεν, καὶ ὡς διαβολαῖς οὐκ ἐδέχετο. καὶ ὡς ἀκριβὴς ἰὼν ἐξετασὴς ἠθῶν καὶ προάξεων· καὶ οὐκ ὀνειδιστής, οὐ φοφοδεὴς, οὐχ ὑποπτος, οὐ σοφιστής· καὶ ὡς ὀλίγοις ἀρκούμενος, οἷς, οἰκήσει, σκωμυῇ, ἐσθῆτι, τροφῇ, ὑπηρεσίᾳ. καὶ ὡς φιλόπονος, καὶ μακρόθυμος· [2] καὶ οἷος μὲν ἐν τῷ μέχει ἑσπέρας διὰ τὴν λιτὴν δίαιταν, μηδὲ τοῦ ἀποκρίνειν τὰ δειπνήματα παρὰ τὴν συνήθη ὥραν χρήζων· καὶ τὸ βέβαιον καὶ ὅμοιον ἐν τῇ φιλίαις αὐτοῦ· καὶ τὸ ἀνέχεσθαι ἀνθαινόντων παῤῥησιαστικῶς τῇ γνώμαις αὐτοῦ· καὶ χαίρειν, εἴ τις δείκνυοι χρεῖττον. καὶ ὡς θεοσεβὴς χωεὶς δεισι-

---

1 *Xyl.* legit εὔσχολον recte.

2 *Casaub.* legendum putat, καὶ οἷος ἦν ἐν τῷ μ. &c. nisi forte illud οἷος fit admirantis *Gat.* leg. καὶ οἷος μένειν μὲν ἐν τῷ [αὐτῷ] μ. &c.

δαιμο-

Antonini diſcipulum, age. Quæ fuerit ejus in agendo ſecundum rationem firmitas, quæ ubique æqualitas, quæ ſanctitas, memento: quæ vultus ſerenitas, ac comitas. Quantus ille gloriæ contemptor; quod ejus in percipiendis rebus ſtudium, quum nihil prætermitteret, niſi prius accurate perſpexiſſet, ac cognoviſſet. Ut tulerit injuſte ipſum reprehendentes, neque convitium his repoſuerit: ut nihil properate aut cupide aggreſſus ſit: ut calumnias non admiſerit: ut diligens fuerit morum actionumque examinator: non obtrectator, non meticuloſus, non ſuſpicioſus, non ſophiſta. Quam paucis fuerit contentus, ut domo, lecto, veſte, cibo, famulatu: quam tolerans laborum, quam leni animo, ut tempus uſque ad veſperam propter victus tenuitatem, ut nec excernere niſi conſueta hora[1] opus ei eſſet, egerit. Quæ ejus in amicitia fuerit conſtantia, & æquabilitas: quomodo tulerit eos, qui ipſius ſententiam libere impugnarent, gaviſuſque fuerit, ſi quis melius aliquid oſtenderet. Qua ille deos religione coluerit citra ſuperſtitionem, recordare, ut tibi quoque ultima ho-

1 *Caſ.* leg. χρείαν.

ra

ra perinde atque is fuit recte tibi conscio adveniat.

24. Expergiscere, & teipsum revoca, somnoque discusso cogitans somnia fuisse quæ te perturbarunt; evigila denuo, & vitæ curas cogitans, de his judica, ut de illis feciſti.

25. Ex corpusculo & anima consto. Corpusculo nihil interest inter res; neque enim potest discrimen statuere. Rationi autem inter ea discrimen nullum habetur, quæ non sunt ipsius actiones: has vero omnes in sua habet potestate. Eas autem tantum curat, quæ præsentes sunt: præteritæ enim & futuræ animi actiones, ipsæ quoque in nullo nunc ipsi discrimine.

26. Manui ac pedi, dum suum agunt officium, nullus est præter naturam labor: ita homini quoque ea agenti quæ ipsius sunt partium, nullus est præter naturam labor: ergo ne malum quidem. Quot voluptatibus, ac quantis frui contigit latronibus, cinædis, parricidis, tyrannis? Nonne vides ut qui vulgares profitentur artes, cum in plerisque ab idiotis & imperitis nihil differant, nihilominus tamen suæ artis rationem retinent, neque ab ea decedere sustinent? Nonne

δαιμονίας· ἵν' ὅτως εὐσυμβλήτῳ σοι ὄπισθ ἡ τελευταία ὥρα ὡς ἐκείνῳ.

κδ'. Ανάνηφε καὶ ἀναγαλῶ σεαυτόν, καὶ ἐξυπνισθεὶς [1] πάλιν καὶ ἐννοήσας ὅτι ὀνειροί σοι ἐωώχλουν, πάλιν ἐγρηγορὼς βλέπε ταῦτα ὡς ἐκεῖνα ἔβλεπες.

κε'. Εν σωματίδιόν εἰμι καὶ ψυχῆς. πρὸς μὲν οὖν σωματίῳ πάντα ἀδιάφορα. ὐδὲ γὰρ δύναται προφέρεσθαι. τῇ δὲ διανοίᾳ ἀδιάφορα, ὅσα μὴ ὄζιν αὐτῆς ἐνεργήματα. ὅσα δέ γε αὐτῆς ὄζιν ἐνεργήματα· ταῦτα πάντα ἐπ' αὐτῇ ὄζιν. καὶ τούτων μόνα τοι ἃ τῶδε μόνον τὸ παρὸν προαιρεῖται. τὰ γὰρ μέλλοντα καὶ παρωχημένα ἐνεργήματα αὐτῆς, καὶ αὐτὰ ἤδη ἀδιάφορα.

κς'. Οὐχ ἔστιν ὁ πόνος τῇ χειρὶ, ὐδὲ τῷ ποδὶ παρὰ φύσιν, μέχρις ἂν ποιῇ ὁ πὼς τὰ τοῦ ποδὸς, καὶ ἡ χεὶρ τὰ τῆς χειρός. ὅτως οὖν ὐδὲ ἀνθρώπῳ ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ φύσιν ὄζιν ὁ πόνος, μέχρις ἂν ποιῇ τὰ τοῦ ἀνθρώπου. εἰ δὲ παρὰ φύσιν αὐτῷ οὐκ ἔστιν, ὐδὲ κακὸν οὐκ ἔστιν αὐτῷ. Ηλίκας ἡδονὰς ἤσθησ λήσαι, κυίσθοι, παιδεραστοῖαι, τύραννοι; Οὐχ ὁρᾶς πὼς οἱ βάναυσοι τεχνῖται ἀρμόζονται μὲν ἄχρι πνὸς πρὸς τὸς ἰδιώτας· ὐδὲν

[1] videtur τὸ πάλιν hic redundare.

πλέον

ἧττον μὴ τοι ἀντέχονται τ῀ λόγου τ῀ τέχνης, καὶ τοῦτο ἀποσῆναι ἐχ ὑπομένουσιν; ἢ δεινὸν, εἰ ὁ ἀρχιτέκτων, καὶ ὁ ἰατρὸς μᾶλλον ἀιδέσονται τ῀ τ῀ ἰδίας τέχνης λόγον, ἢ ὁ ἄνθρωπος τ῀ ἑαυτοῦ, ὃς αὐτῷ κοινός ἐζι πρὸς τοὺς θεούς;

κζ'. Η Ασία, ἡ Εὐρώπη, χωνίαι τοῦ κόσμου· πᾶν πέλαγος, σαλὼν τ῀ κόσμου· Ἄθως βωλάριον τ῀ κόσμου· πᾶν τὸ ἐνεζὼς τ῀ χρόνου, σταγὼν τ῀ αἰῶνος. πάντα μικρὰ, εὐτρεπῆ, ἐναφανιζόμενα· πάντα ἐκεῖθεν ἔρχεται, ἀφ' ὧ ἐκείνου τ῀ κοινοῦ ἡγεμονικοῦ ι ὁρμήσαντος, ἢ κατ' ἐπακολούθησιν. καὶ τὸ χάσμα οὖν τ῀ λέοντος, καὶ τὸ φαλτήριον, καὶ πᾶσα κακουργία, ὡς ἂν καυθῇ, ὡς βόρ-βορος, ἐκείνων ὀπτήματα τ῀ σεμνῶν, καὶ καλῶν. μὴ ἕν οὖν τὰ ἀλλότρια τούτου ἕ σέ-ζεις φαντάζου, ἀλλὰ τὸν πάντων τηνικαῦτα ὁπλογίζου.

κη'. Ο τὰ νῦν ἰδὼν, πάντα ἑώρακεν, ὅσα τε ἐξ αἰῶνος ἐγένετο, καὶ ὅσα εἰς τὸ ἄ-πειρον ἔσαι. πάντα γὰρ ὁμογενῆ καὶ ὁμοει-δῆ. Πολλάκις ἐνθυμοῦ τὸν ὁπαυόμενον πάντων τ῀ ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ χρόνον πρὸς ἄλ-ληλα. βραχὺν γάρ τινα πάντα ἀλλήλοις

ι Alii leg. ὁρμήσαντος (i. e.) βουλεύσαν-τος. ἐπιπό-

ne autem turpe ſit, ſi architectus & medicus magis ſuæ artis rationem revereatur, quam ſuam homo, quæ quidem ei eſt cum deo communis?

27. Aſia & Europa, anguli ſunt mundi: univerſum mare, gutta mundi: Athos, glebula mundi: omne inſtans tempus, puuctum eſt æternitatis. Omnia ſunt parva, mobilia, interitui objecta: omnia inde veniunt, à certâ mentis illius univerſalis agitatione conſilioque profecta, aut certe per conſequentiam. Etenim rictus leonis, lethalia venena, & omne maleficium, ut ſpina, cœnum, pulchrarum & bonarum rerum naturalia ſunt additamenta. Non igitur ea aliena ab eo quod colis imaginare, ſed fontem omnium rerum conſidera.

28. Qui præſentia cernit, omnia vidit, quæ ab æterno fuerunt, & in infinitum uſque erunt. Omnia enim ſunt ejuſdem generis, & conformia. Sæpenumero cogita de omnium in hoc univerſo rerum connexu, mutuaque affectione. Quodam enim modo omnia invicem ſunt implicata, eaque ratione amica mutuo

Aliud enim ex alio conſequitur, propter conſtantem motum, ac conſpirationem & unitionem ſubſtantiæ.

29. Quibus negotiis addictus es ſorte tua, his te accomoda: & quibus te hominibus fatum adjunxit, eos amore, idque vero, proſequere. Organa, inſtrumenta, vas quodcunque, quum id agunt, cujus gratia ſunt adornata, bene habent: & quidem is qui ea operatus eſt, abeſt ab ipſis. At in his quæ natura continentur, remanet, intuſque eſt vis ea opifex. Itaque tanto magis honoranda eſt, & exiſtimandum, ſi ſecundum ejus voluntatem agere perſeveres, omnia tibi ſecundum mentem eſſe: ita & univerſi parenti ſua conſtat fœlicitas, dum ſecundum mentem quæ ſua ſunt agit.

30. Quodcunque ex iis rebus quæ extra te, neque in tua voluntate ſunt poſitæ, tibi propoſueris, boni vel mali nomine, id, ſi vel ut malum tibi contingat; vel ſi, cum pro bono ducas, adipiſci non poſſis, efficiet ut & deos incuſes, & odio habeas homines qui vel in cauſa nunc ſunt, aut ut in poſterum futuri ſuſpecti erunt vel boni illius avertendi, vel mali conciliandi.

Fit

ὅπι πέπλεκται, καὶ πάντα χρῆ τοῦτο φίλα αλλήλοις ὄζειν. καὶ γὰρ ἄλλῳ ἐξῆς ὄζει τοῦτο, διὰ τὴν τοπικὴν [1] κίνησιν, καὶ σύμπνοιαν, καὶ τὴν ἕνωσιν τῆς οὐσίας.

κθ'. Οἷς συγκεκλήρωται παράγμασι, τούτοις συναρμόζε σεαυτὸν· καὶ οἷς συνείληχας ἀνθρώποις, τούτους φίλει, ἀλλ' ἀληθινῶς. Ὀργανον, ἐργαλεῖον, σκεῦος πᾶν, εἰ πρὸς ὃ κατεσκεύασται ποιεῖ, οὗ ἔχει. καί τοι ἐκεῖ ὁ κατασκευάσας ἐκποδών· ὅπη δὲ ὑπὸ φύσεως συνεχομένων, ἔνδον ὄζει, καὶ φυλάττεται ἡ κατασκευάσασα δύναμις. καλὸν καὶ μᾶλλον αἰδεῖσθαι αὐτὴν δεῖ καὶ νομίζειν, ἐὰν χρῆ τὸ βέλτιστα ταύτης ἔχης καὶ διεξαγάγῃς, [2] ἔχει σοι πάντα χρῆναν. ἔχει δὲ ὅπως καὶ τῆς παρὰ χρῆναν τὰ ἑαυτοῦ.

λ' Ο, τι ἂν τῆς ἀπροαιρέτων ὑποστῇς αὐτῷ ἀγαθὸν ἢ κακόν, ἀνάγκη χρῆ τὰ προϊπωσιν τοιούτα κακὰ, ἢ τὰ ἀποτύχειν τοῦ τοιούτα ἀγαθὰ, μεμφεσθαί σε θεοῖς, ἀνθρώπους δὲ μισῆσαι τοὺς αἰτίους ὄντας, ἢ ὑποπλοκομένους ἔσεσθαι τῆς ἀποτεύξεως, ἢ τὰ προϊπώσεως. καὶ ἀδικοῦμεν δὴ πολλὰ, διὰ τὰ πρὸς

---

1 *Xyl.* leg. κόνησιν fort. κόλλησιν.

2 Syntaxis verborum postulat ἔχειν non ἔχει quæ & *Hæsch.* lectio est.

πᾶσα διαφοράν. ἐαν̀ ὂ μόνα τὰ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὰ ἡ κακὰ [1] κοινὰ μηδὲ μία αἰτία καταλείπεται, ὅτε θεῷ ἐγκαλέσαι, ὅτε πρὸς ἄνθρωπον εἶναι φάσιν [2] πολεμίᾳ.

λα'. Πάντες εἰς ἓν ἀποτέλεσμα συνεργοῦμεν. οἱ μὲν εἰδότως καὶ παρακολουθητικῶς· οἱ δὲ ἀνεπιστάτως. ὥσπερ καὶ τοὺς καθεύδοντας οἶμαι ὁ Ηράκλειτος ἐργάτας τέ φησι λέγει, καὶ συνεργοὺς τῆς ἐν τῷ κόσμῳ γινομένων. ἄλλος δὲ κατ' ἄλλο συνεργεῖ, ἐκ προαιρέσεως δὲ καὶ ὁ μεμφόμενος, καὶ ὁ ἀντιβαίνων πειθομένως, καὶ ἀναιρεῖν τὰ γινόμενα. καὶ γὰρ τοῦ τοιούτου ἔχρηζεν ὁ κόσμος. λοιπὸν ἐν σοὶ εἰς τίνας ἑαυτὸν καταστάσεις· ἐκεῖνος μὲν γὰρ πάντως σοι καλῶς χρήσεται ὁ τὰ ὅλα διοικῶν, καὶ παραδέξεταί σε εἰς μέρος τῆς συνεργῶν καὶ συνεργητικῶν. ἀλλὰ σὺ μὴ τοιοῦτο μέρος γένῃ, οἷος ὁ εὐτελὴς καὶ γελοῖος 3 στίχος ἐν τῷ δράματι, ὃν Χρύσιππος μέμνηται. Μήπως ἥλιος τὰ τοῦ ὑετοῦ ἀξιοῖ ποιεῖν; μήπω Ασκληπιὸς τὰ τῶν καρποφόρων; τί δὲ τοὺς ἀστέρας ἕκαστον· ἀχὶ διάφορα μέν, συνεργὰ δὲ πρὸς ταυτόν;

1 forte legendum κοινὰ μέν.

2 leg. πολέμια.

3 vid. *Plut.* περὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν unde constat Chrysippi verba non fuisse στίχος γελοῖος sed ἐπίχαρμα γελοῖον.

λβ'. Εἰ

Fit certe neceſſario ut multa peccemus, quod iſta pro indifferentibus non habeamus. Quod ſi ſola ea, quæ in nobis ſunt poſita, bona & mala duceremus, nihil cauſæ reſtaret, cur aut Deum incuſaremus, aut cum hominibus inimicitias ſuſciperemus.

31. Omnes ad unius ejuſdemque operis conſummationem mutuas operas tradimus, pars ſcientes, & intelligentes; pars inſcii. Quemadmodum & dormientes Heraclitus (ni fallor) dixit eſſe operarios, qui adjuvent ſua opera hæc quæ in mundo fiunt. Alius autem alia ratione id opus adjuvat: ex abundanti autem & ille qui queritur, & reniti conatur iis quæ fiunt, eaque reſcindere: nam & hoc utitur mundus. Proinde animum adverte, in quorum tu te numero reputes. Nam adminiſtrator hujus univerſi, utique te utetur recte, & accipiet te inter cooperarios & ea quæ operi conducunt. Tu vero ne ſis hujuſmodi eorum pars, qualis eſt in fabula vilis ille & ridiculus verſus, cujus mentionem Chryſippus facit. Solne pluviæ munia obire cupit, aut Æſculapius terræ frugem ferentis? Quid vero ſydera, an non diverſa quidem ſingulis eſt actio, quæ tamen ad commune opus conferat?

32. Si de me & his quæ mihi evenire debuerunt, dii conſultaverunt, recte nimirum mihi conſuluerunt. Nam Deum ſine conſilio agentem ne cogitare quidem facile eſt. Quæ autem fuiſſet cauſa, propter quam male mihi conſultum voluiſſet? Quid inde ad deos, & ad univerſum (cujus maxime habent rationem) fructus rediiſſet? Sin de me privato nihil; at certe de univerſo conſilium ceperunt, ex quo quum & illa quæ mihi eveniunt, neceſſario conſequantur, non debet me eorum pœnitere. Sane de nulla re eos conſilium inire, impium eſt credere: aut ne ſacrificandum, ne precandum, ne jurandum quidem, neque quicquam eorum faciendum, quæ ſingula tanquam cum præſentibus & una viventibus diis agimus. Sed tamen ſi nihil illi de nobis ſtatuerunt, licet mihi de meipſo conſilium capere, ac de mea utilitate deliberare. Utile autem eſt unicuique id, quod eſt naturæ ejus & conſtructioni conſentaneum. At natura mea rationis eſt compos, & civili cœtui accommodata. Civitas mihi eſt & patria, quatenus quidem Antoninus ſum, Roma: quatenus homo, mundus: hæc igitur tantum mihi ſunt utilia, quæ his civitatibus conducunt. Quæ in-

λβ'. Εἰ μὴ οὖν ἐβουλεύσαντο περὶ ἐμοῦ καὶ τῆς ἐμοὶ συμβολῆς ὀφειλόντων οἱ θεοὶ, καλῶς ἐβουλεύσαντο. ἄβουλον γὰρ θεὸν, οὐδὲ ὀπιγοῆσαι ἔξεστιν. κακοποιῆσαι δὲ με διὰ τίνα αἰτίαν ἔμελλον ὁρμᾷν; Τί γὰρ αὐτοῖς ἢ τῇ κοινῇ, ἧς μάλιστα προνοοῦνται, ἐκ τούτου περιεγίνετο; Εἰ δὲ μὴ ἐβουλεύσαντο κατ' ἰδίαν περὶ ἐμοῦ, περί γε τῶν κοινῶν πάντως ἐβουλεύσαντο, οἷς κατ' ἐπακολούθησιν καὶ ταῦτα συμβαίνοντα, ἀποδέχεσθαι καὶ στέργειν ὀφείλω. εἰ δ' ἄρα περὶ μηδενὸς βουλεύονται· πιστεύειν μὲν οὐκ ὅσιον· ἢ μηδὲ θύωμεν, μηδὲ εὐχώμεθα, μηδὲ ὀμνύωμεν, μηδὲ τἆλλα πραττώμεν, ἃπερ ἕκαστα ὡς πρὸς παρόντας καὶ συμβιοῦντας τοὺς θεοὺς πράττομεν· εἰ δ' ἄρα περὶ μηδενὸς τῶν καθ' ἡμᾶς βουλεύονται· ἐμοὶ μὲν ἔξεστι περὶ ἐμαυτοῦ βουλεύεσθαι. Ἐμοὶ δὲ ἔστι σκέψις περὶ τοῦ συμφέροντος. συμφέρει δὲ ἑκάστῳ, τὸ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ κατασκευὴν καὶ φύσιν. ἡ δὲ ἐμὴ φύσις λογικὴ καὶ πολιτική· πόλις καὶ πατρὶς, ὡς μὲν Ἀντωνίνῳ μοι, ἡ Ῥώμη· ὡς δὲ ἀνθρώπῳ, ὁ κόσμος. τὰ τούτοις οὖν ταύτοις ὠφέλιμα μόνα ἔστί μοι ἀγαθά. Ὅσα ἑκάστῳ συμβαίνει, ταῦτα τῷ ὅλῳ συμφέρει. ἤρκει τοῦτο, ἀλλ' ἔτι ἐκεῖνο ὡς

ὁπόταν

ὅλη παν ὄψει παρεφυλάξας, [1] ὅσα ἀνθρώπῳ ἢ ἑτέροις ἀνθρώποις. κοινότερον δὲ νῦν τὸ συμφέρον ὅπη τῶν μέσων λαμβανέσθω.

λγ'. [2] Ὡσπερ πεφσίσεται σοι τὰ ἀμφὶ τὸ θεάτρῳ, καὶ τοῖς τοιούτοις χωρεῖσις· ὡς ἀεὶ τὰ αὐτὰ ὁρώμενα, καὶ τὸ ὁμοιδὲς, πεφσκορῆ τὶν θέαν ποιεῖ· τοῦτο καὶ ὅλη τὴ βίε πάσχειν. πάντα γὰρ ἄνω κάτω τὰ αὐτὰ, καὶ ἐκ τ αὐτῶν. μέχρι πίνος ἦν; Εννόει συνεχῶς παντοίας ἀνθρώπους, καὶ παντρίων μὴ ἐπιτηδευμάτων, παντοδαπῶν δὲ ἐθνῶν τεθνεῶτας. ὥστε καταίνει τοῦτο μέχρι Φιλισίωνος καὶ Φοίβε, καὶ Ουειγανίωνος. μέτιθι νῦν ὅπη τὰ ἄλλα φῦλα. ἐκεῖ δὴ μεταβαλεῖν ἡμᾶς δεῖ, ὅπε τοσοῦτοι μὴ δεινοὶ ῥήτορες, τοσοῦτοι δὲ σεμνοὶ φιλόσοφοι, Ηράκλειτος, Πυθαγόρας, Σωκράτης. τοσοῦτοι δὲ ἥρωες πρότερον· τοσοῦτοι δὲ ὕστερον στρατηγοὶ, τύραννοι. ὅπη τούτοις δὲ Εὔδοξος, Ιππαρχὸς, Αρχιμήδης, ἄλλαι φύσις ὀξεῖαι, μεγαλόφρονες, φιλόπονοι, παυσῆρσοι, αὐθάδης, αὐτῆς τ ἐπικήρε καὶ ἐφημέρε τ ἀνθρώπων ζωῆς χλευασαὶ, οἷ Μένιππος, καὶ ὅσοι τοιοῦτοι. πρὸ

1 Hæc verba videntur Caſ. manca eſſe integra linea ſic forte ſuppl. πρὸ παφυλάξας· ὅσα [ἐκφύσῳ συμβαίνει, ταὐτὰ τῷ αὐτῷ συμφέρει ὡς] ἀνθρώπῳ ἢ ἑτέροις ἀνθρώποις.

2 Gat. leg. ὅσπερ Xyl. ὅπερ.

πάντων.

singulis eveniunt, ea prosunt universo: id erat satis scire. Sed & hoc addendum, quod si animadvertere velis, ubique videbis, quæ homini aut aliis hominibus. Sed nunc vocabulum [utilis] accipiamus latius, ut etiam mediis rebus commune sit.

33. Quæ in theatro aut similibus locis vides, ea quum semper eadem spectentur, & uniformia, spectaculi satietatem afferunt. Id etiam de tota vita sentiendum. Omnia enim superiora & inferiora, eadem sunt, & ex iisdem causis extiterunt: quousque igitur? Adsidue omnis generis homines considera, qui ex omnis generis professionibus & nationibus mortui sunt: ita ut etiam usque ad Philistionem, Phœbum, & Origanionem descendas. Transi nunc ad alias gentes & familias. Eo per mutationem perveniemus, quo tot eloquentes oratores, tot graves philosophi; Heraclitus, Pythagoras, Socrates: tot Heroes prius, deinde tot duces, tyranni: tum Eudoxus, Hipparchus, Archimedes, alii acutis ingeniis, magnanimis, laboriosis, callidis, contumacibus: hi ipsi, qui caducam hanc & in diem durantem vitam hominum subtannarunt, ut Menippus & similes ante concesserunt. Hos omnes cogitandum

est

eſt dudum eſſe mortuos: quid autem mali inde habent? Quid hi, quorum ne extant quidem nomina? Unum hoc ſummi eſt pretii; Veritate & juſtitia ſervata, mendacibus & injuriis hominibus placidum vivere.

34. Cum teipſum oblectare vis, cogita virtutes eorum qui vivunt tecum: ſtrenuitatem ejus, illius verecundiam, aut liberalitatem, aut aliud quippiam. Nihil enim eſt, quod tantam afferat lætitiam, quantam ſimilitudines virtutum in eorum quibuſcum vivimus moribus expreſſæ, ac ſeſe confertim offerentes conſpectui. Itaque in promptu habendæ ſunt.

35. Non inique fers, tot libras te pendere, & non trecentas: ita etiam quod annorum certum, & eo non majorem vives numerum, indignari non debes. Etenim ut corporis tantam, quanta tibi eſt tributa, portionem probas: ita & de tempore tibi ſentiendum eſt.

36. Annitendum eſt nobis, ut perſuadeamus iis cum quibus agimus: ſin minus, etiam illis invitis id agendum eſt, quod juſtitiæ ratio jubet. Quod ſi quis vi te impediat, tranſi ad æquanimitatem, eoque impedimento ad alterius virtutis opus utere: memor, te cum exceptione quadam inſtituere actio-

πάντων τούτων ἐννόει ὅτι πάλαι κεῖνται. τί οὖν τοῦτο δεινὸν αὐτοῖς; τί καὶ τοῖς μηδ' ὀνομαζομένοις ὅλως; Ἐν ὧδε πολλοῦ ἄξιον, τὸ μετ' ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης σύμφυτον τοῖς ψεύσταις καὶ ἀδίκοις ἀβιαίως.

λδ'. Ὅταν σὺ φραίνῃ σεαυτὸν θέλῃς, ἐνθυμοῦ τὰ ἀποτερήματα τῶν συμβιούντων. οἷς, τὸν μὲν, τὸ δρασήειον· τὸν δὲ, τὸ αἰδήμον· τοῦ δὲ, τὸ εὐμετάδοτον· ἄλλο δὲ ἄλλο τι. οὐδὲν γὰρ οὕτως εὐφραίνει, ὡς τὰ ὁμοιώματα τῆς ἀρετῶν ἐμφαινόμενα τοῖς ἤθεσι τῆς συζώντων, καὶ ἀθρόα ὡς οἷόν τε συμπίπτοντα. διὸ καὶ πρόχειρα αὐτὰ ἐκτέον.

λε'. Μὴ πυκραίνεις ὅτι τόσων δέ τινων λιβῶν εἶ, καὶ ὀλιγοστίων; ἔστω δὴ καὶ ὅτι μέχρι τόσων δὲ ἐτῶν βιωτέον σοι, καὶ ὁ μέχρι πλείονος. ὥσπερ γὰρ τῆς ὑσίας, ὅσον ἀφωρίσαί σοι τέρμοις, ἔστω καὶ ὅπῃ τοῦ χρόνου.

λς'. Πειρῶμαι πείθειν αὐτούς· πράττε δὲ καὶ τὰ ἀκόντων, ὅταν τῆς δικαιοσύνης ὁ λόγος ἔτως ἄγῃ. Ἐαν μέν τοι βίᾳ τις ἐμποδίζῃ, μετάβαινε ὅπῃ τὸ εὐάρεστον καὶ ἄλυπον, καὶ συγχρῶ εἰς ἄλλῳ ἀρε-

ἀρετὴ τῇ κωλύσει. καὶ μέμνησο ὅτι μετ' ὑπεξαιρέσεως ὁρμᾷς, ὅτι καὶ τὴν ἀδυνάτων ἐκ ὀρέγου. τίνος οὖν; τοιᾶσδέ τινος ὁρμῆς.[1] τύχῃ δὲ πυγχάνῃς. ἐφ' οἷς προήχθημεν, ταῦτα γίνεται.

λζ'. Ὁ μὴ φιλόδοξος ἀλλοτρίαν ἐνέργειαν ἴδιον ἀγαθὸν ὑπολαμβάνει. ὁ δὲ φιλόδοξος, ἰδίαν πεῖσιν. ὁ δὲ νοῦν ἔχων, ἰδίαν πρᾶξιν.

λη'. Ἔξεστι τοῦ τύτου μηδὲν ὑπολαμβάνειν, καὶ μὴ ὀχλεῖσθαι τῇ ψυχῇ. αὐτὰ γὰρ τὰ πράγματα ἐκ ἔχει φύσιν ποιητικὴν τῆς ἡμετέρων κρίσεων.

λθ'. Ἐθισον σεαυτὸν πρὸς τὸ ὑφ' ἑτέρου λεγομένῳ γίνεσθαι ἀπαρενθυμήτως, καὶ ὡς οἷόν τε ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ λέγοντος γίνε.

μ'. Τὸ πῶς σημήνει μὴ συμφέρον, ὐδὲ τῇ μελίσσῃ συμφέρει.

μα'. Εἰ κυβερνῶνται οἱ ναῦται, ἢ ἰατροὶ ὀίονται οἱ κάμνοντες, κακῶς ἔλεγον; ἄλλῳ τίνι δὲ προσέχον, ἢ πῶς αὐτὸς ἐνέργοίη, τὸ τοῖς ἐμπλέουσι σωτήριον, ἢ τὸ τοῖς θεραπευομένοις ὑγιεινόν;

μβ'. Πόσοι μεθ' ὧν εἰσῆλθον εἰς τὸν κόσμον ἤδη ἀπελήλυθασιν;

---

1 Videtur Gat. deesse hic partic. εἰ.

μγ'. Ικτε-

actionem, neque ea appetere, quæ fieri nequeant. Quid igitur appetis? Ut tuos appetitus ratio ſemper dirigat. Hoc vero quo conſequaris minus, nihil impedire poteſt. Sufficiat igitur, ſi quorum cauſa producti ſumus in mundum, ea fiunt.

37. Gloriæ cupidus, alienam actionem pro ſuo bono reputat; voluptuarius affectionem, qua ipſe afficitur: mente vero præditus, ſuam actionem.

38. Licet de hoc nihil opinari, ac proinde nec animo perturbari, ipſæ enim res non ſunt ejus naturæ, ut judicium noſtrum cogere aut conſtituere poſſint.

39. Adſuefac te, ut alio docente cogitationes non alio divertas, ſed totus animo dicentis ſis intentus.

40. Quod alveari non prodeſt, id ne api quidem prodeſt.

41. Si vel nautæ gubernatori; vel ægroti, medico parere tenentur, & dicto audientes eſſe; an ideo male dicant; aut de alio ſoliciti ſint, quam ut vel ille navigantibus incolumitatem; vel iſte ægrotantibus ſanitatem, procurent?

42. Quam multi ex iis quibuſcum in mundum veni, ex mundo jam exceſſerunt?

43. Morbo regio laborantibus mel amarum videtur: morſis à rabida beſtia, aqua eſt timori: pueris ſphærula pulchra eſt. Quid ergo iraſcor? aut tibi minor vis videtur eſſe falſitatis, quam bilis apud ictericum, aut veneni apud morſum à rabioſo animali. Nemo prohibebit, quin ſecundum rationem tuæ naturæ vivas: neque tibi quicquam accidet, quod ſit contra rationem univerſi.

44. Quales ſunt illi, quibus cupiunt placere, & quo operæ pretio, & per quas actiones: quam celeriter ævum omnia abſcondat: imo quam multa jam nunc occultavit.

μγ'. Ικτεινῶσι τὸ μέλι πικρὸν φαίνεται· καὶ λυπροδήκλοις τὸ ὕδωρ φοβερόν· καὶ παιδίοις τὸ σφαιρίον καλόν. πῇ νῦν ὀργίζομαι; ἢ δοκεῖ σοι ἔλαττον ἰσχύειν τὸ δηλούμενον, ἢ τὸ χολίον τῷ ἰκτεινῶντι, καὶ ὁ ἰὸς τῷ λυπροδήκλῳ; Κατὰ τὸν λόγον τῆς σῆς φύσεως βιοῦν σε ἀδεὲς κωλύσει· οὐδὲ τὸν λόγον τῆς κοινῆς φύσεως ἀδέν σοι συμβήσεται.

μδ'. Οἷοί εἰσιν οἷς θέλουσιν ἀρέσκειν, καὶ δι' οἷα πράττειν ὁρμῶσι, καὶ δι' οἵων ἐνεργειῶν· ὡς ταχέως ὁ αἰὼν πάντα καλύπτει, καὶ ὅσα ἐκάλυψεν ἤδη.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ

αὐτοκράτορος, τὰ εἰς ἑαυτὸν,

ΒΙΒΛΙΟΝ ζ'.

Τί ὄξι κακία; τοῦτ' ἔστιν ὃ πολλάκις εἶδες. καὶ ὅπι παντὸς δὲ τοῦ συμβαίνοντος προχειρον ἔχε, ὅτι τοῦτό ὄξιν ὃ πολλάκις εἶδες. ὅλως ἄνω κάτω τὰ αὐτὰ δρήσεις, ὧν μεσαὶ αἱ ἰσοδείαι αἱ παλαιαὶ, αἱ μέσαι, αἱ ὑστάγιοι· ὧν νυνὶ μεσαὶ αἱ πόλεις καὶ οἰκίαι, εἶδεν κάμνον· πάντα καὶ σωήθη καὶ ὀλιγοχρόνια.

β'. Τὰ δόγματα πῶς ἄλλως δύνατα νεκρωθῆναι, ἐὰν μὴ αἱ καταλληλοι αὐτοῖς φαντασίαι σβεσθῶσιν, ἂς δίλως ἀναζωπυρεῖν, ὅπι σοί ὄξι; Δύναμαι τοίνυν τοῦτο ὃ δεῖ ὑπολαμβάνειν· εἰ δύναμαι, τί παράσομαι; τὰ ἔξω τοῦ ἐμοῦ προαιρέσεως εἶδεν ὅλως πρὸς τὸν ἐμὸν διάνοιαν. τοῦτο πάνδε, καὶ ὀρθός εἶ.

γ'. Ἀναβιῶναί σοι ἔξεστιν. ἴδε πάλιν τὰ πράγ-

M. ANTONINI *IMP.* de ſeipſo, & ad ſeipſum,

LIBER SEPTIMUS.

QUid eſt malitia? id, quod ſæpenumero vidiſti. Et quicquid omnino acciderit, expedit in promptu te habere hanc regulam, ſæpe id eſſe à te viſum. Omnino ſi ſuperiora & inferiora animo reputas, invenies omnia eadem eſſe, quorum plenæ ſunt priſcæ, mediæ, recenteſque hiſtoriæ, & urbes, & domus: nihil novum eſt, omnia uſitata & brevi durantia tempore.

2. Quaſi vero alia ulla ratione ſacra illa dogmata, [à quibus tua pendet fœlicitas,] extingui in te poſſent, quam cogitationibus quæ iis reſpondent, abolitis: quas quidem ut continenter reſuſcites, in tua eſt poſitum poteſtate. Poſſum de re oblata exiſtimare id quod oportet: ſi hoc poſſum, quid eſt cur animo perturber? Quæ ſunt extra mentem meam, nihil omnino ad eam attinent. Hoc modo affectus, rectus eris.

3. Reviviſcere potes: nam ſi res

quas ante vidiſti, rurſus apud animum tuum contempleris, exactam vitæ partem quaſi repetes. Spectaculorum vanitas, fabulæ ſcenicæ, greges, armenta, velitationes, officulum catello projectum, aut eſca in piſcinam injecta, formicarum labores, & onerum geſtationes, murium perterritorum diſcurſus, ſimulacra nervis alienis mobilia: hæc vitæ ſumma. In his igitur oportet animo benigno placidoque conſiſtere; at intelligere tamen, & pro certo habere, quanti ſunt illæ res pretii, quibus in rebus ſtudium ſuum poſuit, tanti unumquemque faciendum.

4. In oratione ſingula verba; in iis quæ fiunt, ſinguli mentis impetus ſunt animadvertendi: atque hic ſtatim videndum, quem ad finem ii referantur; illic, quid ſignificent.

5. Sufficitne intellectus meus ad hanc rem, an ſecus? Quod ſi ſufficit, utor eo ad rem propoſitam tanquam inſtrumento mihi ab univerſi natura conceſſo. Sin contra, aut eam rem alteri cuidam, qui melius id poſſit, perficiendam relinquo, præſertim ſi alioquin id agere officium meum non jubet: aut ipſe perago pro virili mea, adſcito mihi auxiliario, cujus opera mea mens id efficere poſſit, quod in præ-

πεφάγματα ὡς ἑώρας· ἐν τούτῳ δὲ τὸ ἀνα-
βιῶναι. Πομπῆς κενοσπουδία, ὀπὶ σκιωῆς
δράματα, ποιμνία, ἀγέλαι, ἀφοδραπο-
μοὶ, κυνιδίοις ὀστέιον ἐῤῥιμμένον, ψωμίον
εἰς τὰς τῶ ἰχθύων δεξαμενάς, μυρμήκων
παλαιπωρίαι καὶ ἀχθοφοριαὶ, μωδιῶν ἐπο-
κνμένων ἀφοδρομαὶ, σκιλλαῖα νάρκαι, κα-
τάκμνα. χρὴ δὲν ἐν τούτοις εὐκνῶς μὲ καὶ
μὴ φρυαπόκνων ἐσάναι. Φιλακολουθεῖν
μοί τοι, ὅπ τοσούτω ἄξιός ἕκασός
ὄξιν, ὅσω ἄξιά ὄξι ταῦτα περὶ ἃ ἐσπού-
δακεν.

δ'. Δεῖ χῆ λέξιν φιλακολουθεῖν τοῖς λε-
γομένοις, καὶ καθ' ἑκάσην ὁρμὴν τοῖς γινομέ-
οις. καὶ ὀπὶ μὲ τῆ ἑτέρω, εὐθὺς ὁρᾶν ἐπὶ
πνὰ σκοπὸν ἡ ἀναφορά. ἐπὶ δὲ τῆ ἑτέρω
παραφυλάσσειν πὶ τὸ σημαινόμενον.

ε'. Πότερον ἐξαρκεῖ ἡ διάνοιά μω πρὸς
τοῦτο, ἢ ὄ. εἰ μὲ ἐξαρκεῖ, χρῶμαι αὐτῇ
πρὸς τὸ ἔργον ὡς ὀργάνῳ φιλεῖ τῆ ὅλων φύ-
σεως δοθέντι. εἰ δὲ μὴ ἐξαρκεῖ, ἤτοι φιλα-
χωρῶ τῆ ἔργω πῷ δυναμένῳ χρεῖπον ὀπιτε-
λέσαι, ἐὰν ἄλλως τοῦτο μὴ καθήκῃ· ἢ
πράττω ὡς δυάμαι μεταπαραλαβὼν τὸ
δυαμένων χῆ πεδοχρησιν τῆ ἐμοῦ ἡγεμονικοῦ
ποιῆσαι τὸ εἰς τὴ κοινωνίαν νῦν κύριον καὶ
χρήσιμον.

χρήσιμον. ὅτι γὰρ ἂν δι' ἐμαυτοῦ, ἢ συὶ ἄλλῳ ποιῶ, ὧδε μόνον χρὴ συλλέγειν, εἰς τὸ κοινῇ χρήσιμον καὶ εὐάρμοστον. Οσοι μὲ πολυύμνητοι ἠμόμνηνται, ἢδη λήθῃ παραδίδονται; ὅσοι δ' τούτους ὑμνήσαντες, πάλαι ἐκποδών; Μὴ αἰσχύνε βοηθούμενος. πρόκειται γάρ σοι ἐνεργεῖν τὸ ὀπιθάλλον, ὡς σταπώτῃ ἐν τειχομαχίᾳ. Τί οὖν ἐὰν σὺ μὲ χωλαίνων ὀπὶ τ' ἔπαλξιν ἀναβῆναι μόνος μὴ δύῃ, συὶ ἄλλῳ δ' δυνατὸν ἢ τοῦτο;

ε'. Τὰ μέλλοντα μὴ ταραττέτω. ἥξεις γὰρ ἐπ' αὐτὰ ἐὰν δέῃ, φέρων τ' αὐτὸν λόγον, ᾧ νῦν πρὸς τὰ παρόντα χρᾷ.

ζ'. Παντα ἀλλήλοις ὀπιπλέκεται, καὶ ἡ σύνδεσις ἱερά, καὶ σχεδόν τι οὐδὲν ἀλλόβιον ἄλλο ἄλλῳ. συγκατατέτακται γὰρ καὶ συγκοσμεῖ τὸν αὐτὸν κόσμον. κόσμος τ' γὰρ εἷς δι' ἁπάντων, καὶ θεὸς εἷς δι' πάντων, καὶ οὐσία μία, καὶ νόμος εἷς· λόγος κοινὸς πάντων τ' νοερῶν ζώων, καὶ ἀλήθεια μία· εἴγε καὶ τελειότης μία τ' ὁμοζύγων, καὶ τ' αὐτὸν λόγου μετεχόντων ζώων. Πᾶν τὸ ἔνυλον, ἐναρα-

præſentia ſit commodum, & ſocietati hominum conducat. Quicquid enim vel ſolus, vel cum alio ago, id omne eo eſt dirigendum, ut in publicum utile ſit, atque congruat. Quam multi quondam fuere celebres, quorum nunc fama eſt oblivioni tradita? quam multi etiam horum, qui iſtos celebraverunt, è medio ſunt ſublati? Ne ducas tibi pudori, ſi cujus auxilio uſus es. Propoſitum eſt enim tibi id agere, quod ſit tuarum partium, perinde ac militi in oppugnatione murorum. Quid ergo faceres, ſi tu claudicans ſolus conſcendere propugnaculum nequires: ab alio adjutus, poſſes?

6. Ne te perturbent futura. Nam ſi ita uſus erit, pervenies ad ea eadem inſtructus ratione, qua nunc in præſentibus uteris.

7. Omnia inter ſe ſunt complexa ſacro nodo, neque quicquam ab altero eſt alienum: ordine enim omnia certo diſpoſita, unum eundemque mundum exornant. Mundus ex omnibus conſtat unus, unuſque per omnia diffuſus eſt Deus, una natura, una lex, una ratio communis omnibus ratione præditis animantibus, una veritas; Siquidem & una eſt perfectio eorum quæ ejuſdem ſunt generis, ejuſdemque participia rationis animantium.

um. Omne id quod materia conſtat, celerrime in univerſo aboletur: omnis cauſa celerrime in rationem univerſi adſumitur: omnium rerum memoria quamprimum ævo confunditur.

8. Ratione prædito animali eadem actio & ſecundum naturam eſt, & ſecundum rationem. Talis igitur ſis, potius ut naturam te rectum feciſſe, quam ſtudium direxiſſe appareat.

9. Quam rationem in unitis & compactis corporibus habent membra, eam obtinent ratione prædita animalia in diviſis, præparata ad unam quandam actionem. Hoc eo magis animum tuum tanget, ſi crebro tibi ipſi dicas: Membrum ſum ejus, quod eſt ex ratione præditis conflatum, corporis: Si autem dicas te eſſe partem, nondum ex animo diligis homines, nondum ex certa veri honeſtique comprehenſione & intelligentia beneficentiæ uſus te delectat: adhuc decori tantum cauſa illam exerces, non ut qui dum aliis benefacis, fructum ipſe tuæ beneficentiæ maximum percipias.

10. Quæcunque exterius accidunt, eorum eſt, ſi velint, ea culpare quorum ea natura eſt, ut ab exterius accidentibus

ἐναφανίζεται τάχιστα τῇ τοῦ ὅλων οὐσίᾳ· καὶ πᾶν αἴτιον, εἰς ἣν τοῦ ὅλων λόγον τάχιστα ἀναλαμβάνεται· καὶ παντὸς μνήμη τάχιστα ἐξισταχώνυται τῷ αἰῶνι.

ιβ'. Τῶ λογικῷ ζώῳ ἡ αὐτὴ πρᾶξις κατὰ φύσιν ὀρθή, καὶ κατὰ λόγον. Ορθὸς, [1] ἢ ὀρθόμενος.

θ'. Οἷόν ὅτιν ἐν ἡνωμένοις τὰ μέλη τοῦ σώματος, τοῦτον ἔχει τὸ λόγον ἐν διεστῶσι τὰ λογικὰ, πρὸς μίαν πνὰ συνεργίαν κατεσκευασμένα. μᾶλλον δέ σοι ἡ τούτων νόησις προσπεσεῖται, ἐαν πρὸς ἑαυτὸν πολλάκις λέγῃς, ὅτι μέλος εἰμὶ τοῦ ἐκ τῶν λογικῶν συνήματος. ἐὰν δ' [2] διὰ τοῦ ἔξω σοι χείρ μέρος ἦ, ἑαυτὸν λέγῃς, ὅπω ἀπὸ καρδίας φιλεῖς τὰς ἀνθρώπους· ὅπω σε καταλληπτικῶς διαφαίνει τὸ συνεργετεῖν. ἔτι ὡς πρέπον αὐτὸ φιλὸν ποιεῖς· ὅπω ὡς αὐτὸν συποιῶν.

ι'. Ο θέλει ἔξωθεν προσπίπτειν τοῖς παθεῖν ἐκ τῆς προαιρέσεως ταύτης διαμένοις. ἐπεῖναι γὰρ ἐὰν θελήσῃ μέμψεται τὰ

---

1 *Cas.* hæc verba sic reddidit quasi legisset μὴ ὀρθόμενος.

2 *Gat.* hæc verba habet pro glossem.

παθήματα.

παθόντα. ἐγὼ ὃ ἐὰν μὴ ὠφελάβω ὅπ κα-
κὸν τὸ συμβεβηκός, ὅπω βέβλαμμαι. ἔξεσι
δέ μοι μὴ ὠφελαβεῖν.

ια'. Ο, τι ἂν τις ποιῇ ἢ λέγῃ, ἐμὲ δεῖ
ἀγαθὸν εἶναι. ὡς ἂν εἰ ὁ χρυσὸς, ἢ ὁ σμάραγ-
δος, ἢ ἡ πορφύρα τοῦτο ἀεὶ ἔλεγλε, Ο, τι
ἂν ποιῇ, ἢ λέγῃ, ἐμὲ δεῖ σμάραγδον εἶναι, κ)
τὸ ἐμαυτοῦ χρῶμα ἔχειν.

ιβ'. Τὸ ἡγεμονικὸν, αὐτὸ ἑαυτῷ ἀρχ ἐνο-
χλεῖ. οὐ λέγω, ἀ φοβεῖ ἑαυτὸ εἰς ἐπθυμίαν. εἰ δέ τις ἄλλος αὐτὸ φοβῆναι ἢ λυπῆ-
σαι δύναται, ποιείτω. αὐτὸ γὰ ἑαυτὸ ὑπολη-
πτικῶς ἀ τρέψει εἰς τοιαύτας τοπάς. τὸ
σωμάτιον μὴ πάθῃ τι; αὐτὸ μελιμνάτω εἰ
δύναται, κ) λεγέτω εἴ τι πάσχει. τὸ ὃ ψυ-
χάριον, τὸ φοβούμενον, τὸ λυπούμενον, τὸ
περὶ τούτων ὅλως [1] ὑπολαμβάνον, ἀδὲν μὴ
πάθῃ. [2] ἀ γὰ ἕξις αὐτὸ εἰς κρίσιν τοιαύτην.

ιγ'. Ἀφορδέες ὄζιν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, τὸ
ἡγεμονικὸν, ἐὰν μὴ ἑαυτῷ ἔνδοξον ποιῇ. κ)
ταῦτα δὲ κ) ἀπάραχον, κ) ἀνεμπόδιζον, ἐὰν
μὴ ἑαυτὸ παράσχῃ κ) ἐμποδίζῃ. Ευδαι-

1 *Cas.* leg. τὸ περὶ τούτων ὅλως ὑπολαμβάνον ἀδὲν, ἀδὲν &c.

2 leg. ἀ γὰ ἄξεις αὐτὸ εἰς κρίσιν τοιαύτην, & verte non enim illam in tale judicium induces.

μονία

dentibus pati aliquid poſſint. Ego quidem rebus externis mihi contingentibus, niſi in malis eas ducam, nihil lædor: & licet mihi ea non putare mala.

11. Quicquid alii loquantur aut faciant, me quidē oportet eſſe bonum: haud aliter, quam ſi aurum, vel ſmaragdus, vel purpura ſemper ita diceret, Quicquid alii dicant, aut faciant, ſmaragdum eſſe me, colorem ſervare meum me oportet.

12. Mens ipſa ſeipſam non perturbat; hoc eſt, non affert ſibi ipſi ullam cupiditatem aut metum. Si quid aliud eſt, quod poſſit eam terrere, aut dolorem afferre, faciat ſane: ipſa quidem per ſe nulla opinione ſibi hos motus affert. Corpuſculum vero, ne quid patiatur, ipſum curet, ſi poteſt, dicatque, ſi quid patitur. Animo nullus metus, dolor, aut opinio horum accidere poteſt. Neque enim ei ſunt habitus ad hæc.

13. Per ſe nulla re mens indiget, niſi ſeipſam indigam faciat: itaque & perturbationis & impedimenti exors per ſe eſt, modo non ipſa ſeſe perturbet aut impediat. Fœlicitas eſt

bonus genius, seu bonum faciens. Quid igitur tu hic agis phantasia? abi, [1]per Deos oro, unde venisti; non enim te opus habeo. Sed venisti secundum pristinam consuetudinem: non tibi succenseo; saltem abi.

14. Si quis mutationem timet, is cogitet absque ea nihil fieri posse, neque esse ea quicquam naturæ universi amicius. An tu lavare posses, nisi ligna mutarentur? aut ali, nisi nutrimento mutato? aut quidnam aliud utile potest absque mutatione fieri? Non ergo vides etiam eam mutationem quæ te manet, earum similem esse, ac perinde necessariam universi naturæ? Per universam naturam, tanquam per torrentem, transeunt omnia corpora, universo ipsi cognata, & cooperaria, uti & nostra invicem sunt membra. Quot Chrysippos, Socrates, & Epictetos ævum jam deglutiit? Idem de omni re & homine tibi ad animum accidet. Unum hoc me solicitum tenet, ne quid faciam, quod hominis constitutio aut nolit factum, aut alio modo, vel tempore factum velit. Propediem erit, ut & tu omnium rerum obliviscaris, & nulla sit usquam tui memoria.

1 fort. legend. μὴ τὰς θεὰς vel sub. ὄμνυμι quæ formula est usitata,

15. Pro-

μονία ὄζι, δαίμων ἀγαθὸς, ἢ [1] ἀγαθόν. τί οὖν ὧδε ποιεῖς ὦ φαντασία; ἀπέρχου τὸν θεόν σοι, ὡς ἦλθες· ἐγὼ γὰρ χρήζω σου. ἐλήλυθας δὲ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔθος. οὐκ ὀργίζομαί σοι. μόνον ἄπιθι.

ιδ'. Φοβεῖταί τις μεταβολὴν; τί γὰρ δύναται χωρὶς μεταβολῆς γενέσθαι; τί δὲ φίλτερον ἢ οἰκειότερον τῇ τοῦ ὅλων φύσει; Σὺ δὲ αὐτὸς λουσάμενος δύνασαι, ἐὰν μὴ τὰ ξύλα μεταβάλῃ; τραφῆναι δὲ δύνασαι, ἐὰν μὴ τὰ ἐδώδιμα μεταβάλῃ; ἄλλο δέ τι τῶν χρησίμων δύναται συντελεσθῆναι χωρὶς μεταβολῆς; οὐχ ὁρᾷς οὖν ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ σὲ μεταβαλεῖν ὅμοιόν ὄζι, καὶ ὁμοίως ἀναγκαῖον τῇ τοῦ ὅλων φύσει; διὰ τί τοῦ ὅλων θύσιας, ὡς διὰ χειμάῤῥου διεκπορεύεται πάντα τὰ σώματα, τῇ ὅλῳ συμφυῆ καὶ συνεργά, ὡς τὰ ἡμέτερα μέρη ἀλλήλοις. πόσους ἤδη ὁ αἰὼν Χρυσίππους, πόσους Σωκράτεις, πόσους Επικτήτους κατεπόντωκεν; τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὅπι παντὸς ἐπιγοσοῦν σοι ἀνθρώπου τε καὶ πράγματος προσπιπτέτω. Εμὲ ἐν μόνον προσασᾷ, μήπ αὐτὸς ποιήσω, ὃ ἢ κακασκευὴ τοῦ ἀνθρώπου θέλει, ἢ ὡς θέλῃ, ἢ ὃ νῦν θέλει. Εγγὺς μοῦ ἡ σὴ προαίρεσις πάντων λήθη. ἐγγὺς δὲ ἡ πάντων προαίρεσις σοῦ λήθη.

1 Gaſ. leg. ἀγαθῶν benefac.

ιε'. Ιδιον ἀνθρώπε φιλεῖν καὶ τοὺς πλάνητας. τοῦτο δὲ γίνεται, ἐὰν συμπαρεστὼς πλησίον σοι, ὅτι καὶ συγχωρεῖς, καὶ δι' ἄγνοιαν, καὶ ἄκοντες ἁμαρτάνουσι, καὶ ὡς μετ' ὀλίγον ἀμφότεροι τεθνήξεσθε. καὶ πρὸ πάντων, ὅτι οὐκ ἔβλαψέ σε. οὐδὲ γὰρ τὸ ἡγεμονικόν σου χεῖρον ἐποίησεν, ἢ πρόσθεν ἦν.

ις'. Ἡ τῶν ὅλων φύσις, ἐκ τῆς ὅλης οὐσίας, ὡς κηρῷ, νυνὶ μὲν ἵππαιον ἔπλασε· συγχέασα δὲ τοῦτο, εἰς δένδρε φύσιν συνεχρήσατο τῇ ὕλῃ αὐτοῦ· εἶτα εἰς ἄνθρωπάριον, εἶτα εἰς ἄλλο τι. ἕκαστον δὲ τούτων πρὸς ὀλίγιστον ὑπέστη. δεινὸν δὲ οὐδὲν τὸ λυθῆναι τοὺς κισσοτίους. ὥσπερ οὐδὲ τὸ συμπαγῆναι.

ιζ'. Τὸ ὀπίσω τῆς προσώπε λίαν οὐδὲ φύσιν, ὅταν πολλάκις ἐναποθήσκειν ἢ πρόσχημα. [1] εἰ τὸ τελευταῖον ἀπεσβέσθη, ὥστε ὅλως ἐξαφθῆναι μὴ δύνασθαι· αὐτῷ γὰρ τούτῳ περακολουθεῖν πειρῶ, ὅτι παρὰ τὸν λόγον. εἰ γὰρ καὶ ἡ συναίσθησις τοῦ [2] μὴ ἁμαρτάνειν οἰχήσεται, πῶς ἔτι ζῆν αἰτία;

ιη'. Πάντα ὅσα ὁρᾷς, ὅσον οὔπω μεταβα-

---

1 Utraque *Xyl.* editio exhibet ἢ τὸ τελευταῖον.

2 *Xyl.* omittit neg. μὴ.

λεῖ

15. Proprium homini est, ut etiam eos diligat, qui peccant. Fiet hoc, si in mentem tibi veniat, esse eos tibi cognatos, imprudentia, & invitos peccare, paulo post & te, & illum qui peccavit, moriturum: idque potissimum, non læsum te ab eo, non enim ejus peccato tua mens deterior, quam fuerat, facta est.

16. Natura mundi, ex communi totius universi materia tanquam è cera modo equum finxit, mox eo confuso, materia ista ad fabricam arboris usa est, deinde ad homunculi, inde ad aliarum rerum. Harum singulæ quam brevissimo durarunt spatio. Arculæ si compingatur, nihil est mali: ita ne si dissolvatur quidem.

17. Vultus iratus quam sit contra naturam, vel inde liquet, quod is oris habitus mortis prænuntius sæpe fit, & indicium. Sed fac omnes iræ scintillas in te sic penitus extinctas, ut in posterum suscitari & revivisere ne minima quidem ex parte queant; hoc tamen ipsum ut certo comprehendas adlaborandum tibi est, iram rectæ rationi contrariam esse. Nam si nullus tibi sensus ex non peccandi conscientia; quid porro est, quod in vita te retineat?

18. Quæcunque vides, ea jam jam

à gubernatrice mundi natura in alias, rurſuſque & deinceps in alias mutabuntur formas: ut ſemper recens ſit mundus.

19. Si quis aliquid contra te deliquerit, ſtatim cogita quanam boni vel mali opinione peccaverit: id enim ſi cernas, miſereberis ejus, ac neque miraberis, neque iraſceris. Nam aut ipſe tu in eodem adhuc errore verſaris, ut idem plane quod is, aliudve quiddam ejuſdem generis bonum putes; ergo & illi condonandus error, ſi & tibi: aut tu melius de bonis & malis judicas, & eo placabilior eſſe debes ei qui falſus eſt.

20. Non de iis quæ abſunt, tanquam de præſentibus cogitandum eſt: ſed præſentium ea quæ ſunt gratiſſima deligenda ſunt, illorumque cauſa memoria repetendum, quam cupide deſiderata fuiſſent, ſi quidem abfuiſſent. Cave tamen præſentia adeo probes, ut etiam in honore ea habeas, ac, ſi quando abſint, perturberis.

21. Intra teipſum te contrahe. Hæc eſt natura mentis, ut juſte agens, in hocque acquieſcens, nihil extra ſe quærat. Miſſam fac opinionem, ſiſte appetitionum violentiam, circumſcribe inſtans tempus, cognoſce id quod vel tibi, vel alii accidat; divide

ſubjectum

λεῖ ἡ τὰ ὅλα διοικοῦσα φύσις, καὶ ἄλλα ἐκ τῆς
ὑσίας αὐτῶν ποιήσει. καὶ πάλιν ἄλλα ἐκ τῆς ἐ-
κείνων ὑσίας, ἵνα ἀεὶ νεαρὸς ᾖ ὁ κόσμος.

ιθ'. Ὁτάν τις ἁμαρτῃ πρὸς σέ, εὐθὺς
ἐνθυμοῦ τί ἀγαθὸν ἢ κακὸν ὑπολαβὼν ἥμαρ-
τε. τοῦτο γὰρ ἰδὼν, ἐλεήσεις αὐτὸν, καὶ οὔτε
θαυμάσεις, οὔτε ὀργισθήσῃ. ἤτοι γὰρ καὶ αὐ-
τὸς τὸ αὐτὸ ἐκείνῳ ἀγαθὸν ἢ τὸ ὑπολαμβά-
νεις, εἰ ἄλλο ὁμοιοειδές. δεῖ οὖν συγγινώ-
σκειν. εἰ δὲ μηκέτι ὑπολαμβάνεις τὰ τοι-
αῦτα ἀγαθὰ καὶ κακά, ἑᾴων εὐμενὴς ἔσῃ
τῷ παροροῶντι.

κ'. Μὴ τὰ ἀπόντα ἐννοεῖν ὡς ἤδη ὄν-
τα· ἀλλὰ τῶν παρόντων τὰ δεξιώτατα ἐκλο-
γίζεσθαι, καὶ τούτων χάριν ὑπομιμνήσκεσθαι,
πῶς ἂν ἐπεζητεῖτο, εἰ μὴ παρῆν· ἅμα μὲν
τοι φυλάσσε, μὴ διὰ τὸ ἥδιστα ἀσμενίζειν
αὐτοῖς, ἐθίσῃς ἐκπίπτειν αὐτά, ὥστε ἐάν πο-
τε μὴ παρῇ ταραχθήσεσθαι.

κα'. Εἰς αὐτὸν σωφρονιστέον. φύσιν ἔχει τὸ
λογικὸν ἡγεμονικὸν, ἑαυτῷ ἀρκεῖσθαι δικαίο-
πραγοῦντι, καὶ παρ' αὐτὸ τοῦτο γαλήνιον
ἔχοντι. ἐξαλείψον τὴν φαντασίαν· σῖγον τὴν
ὁρμοφασίαν· ποιήσαντον τὸ ἐνεστὸς τοῦ χρό-
νου· γνώρισον τὸ συμβαῖνον, ἢ σοὶ, ἢ ἄλ-
λῳ· δίελε καὶ μέρισον τὸ ὑποκείμενον, εἰς

τὸ

τὸ αἰπῶδες καὶ ὑλικόν· ἐννόησον τὴ ἐφάπλω ὥραν· τὸ ἐπείνῳ ἁμαρτηθέν, ἐκεῖ καταλιπε, ὅπε ἡ ἁμαρτία ὑπέστη.

κβ'. Συμπαρεκτείνειν τὴ νόησιν τοῖς λεγομένοις· εἰσδύεσθαι τὴ νοῦν εἰς τὰ γινόμενα καὶ ποιοῦντα. Φαίδρυνον σεαυτὸν ἁπλότητι καὶ αἰδοῖ· καὶ τῇ πρὸς τὸ ἀνὰ μέσον αφετῆς καὶ κακίας ἀδιαφορείᾳ. Φίλησον τὸ ἀνθρώπινον γένος, ἀκολούθησον θεῷ. Ἐκεῖνο μέν φησιν, ὅτι πάντα νομοῖ. [1] ἔτι εἰ δαίμονα τὰ στοιχεῖα. ἀρκεῖ ὃ μεμνῆσθαι, ὅτι τὰ πάντα νομοῖ ἔχει, [2] ἥδη λίαν ὀλίγα.

κγ'. Περὶ θανάτε, ἢ σκεδασμὸς, ἢ ἄτομοι, ἢ κένωσις, ἤτοι σβέσις, ἢ μετάστασις. Περὶ πόνε, τὸ μὲ ἀφόρητον, ἐξάγει· τὸ ὃ χρονίζον, φορητόν. καὶ ἡ διάνοια τὴ ἑαυτῆς γαλήνῃ κτᾶται ἀπόλυψιν. Αφτηρεῖ, καὶ ἃ χεῖρον τὸ ἡγεμονικὸν γέγονεν. τὰ ὃ κακόμοια μέρη ὑπὸ τὸ πόνε, εἰ π δύναται, περὶ αὐτὸ ἀποφλοιάθω. Περὶ δόξης, ἴδε τὰς Αφνοίας αὐτῶν, οἷαι. καὶ οἷα μὲ φεύγουσι, οἷα δὲ διώκουσι. καὶ ὅπως αἱ θῆνες ἄλλαι ἐπ' ἄλ-

---

1 Varie legitur hic locus. *Cas.* εἰ δ' ἄτομα τὰ στοιχεῖα, vel εἰ δὲ μόνα τὰ στοιχεῖα. *Xyl.* εἰ δαιμόνια τὰ στοιχεῖα.

2 *Bost.* εἰ μὴ λίαν ὀλίγα.

λαις

ſubjectum in materiam & formam, cogita de poſtrema hora. Quod peccatum eſt, ibi relinque, ubi peccatum ſubſiſtit.

22. Intendendus eſt animus iis quæ dicuntur, mente penetrandum in cauſas & effectus. Exorna teipſum ſimplicitate & verecundia, eaque quæ ſunt medio inter virtutem & vitium loco, in nullo ponas diſcrimine. Dilige humanum genus, obſequere Deo. Omnia, inquit ille, certa lege. Quod ſi divina ſunt etiam elementa. Satis eſt meminiſſe, hæc omnia certa lege conſtare, aut admodum pauca ſecus.

23. Mors eſt aut diſſipatio, [1] aut individuarum particularum ſecretio, aut exinanitio, aut extinctio, aut migratio. Dolor, ſi ſit intolerabilis, mortem affert: diuturnus, ferri poteſt; interimque animus ſuam per interclusionem retinet tranquillitatem, neque fit deterior. At partes dolore confectæ, ipſæ querantur, ſiquidem poſſunt. De gloria, Mentes ipſorum intuere, quales ſint, quid propoſitum habeant, quid fugiant. Utque in li-

---

1 *Caſ.* leg. ἢ σκεδασμὸς εἰ ἄτομοι, εἰ δ' ἔνωσις, ἤτοι σύστασις ἢ μετάστασις. quia ſolet *Ant.* τὰς ἀτόμους & τὴν ἕνωσιν ut contra oppon.

tor e

tore maris arenæ cumuli alii super alios appulsi, priores occultant; ita in vita quoque priora à subsequentibus celeriter absconduntur.

24. Ex Platone. Qui igitur animo est præditus alto, & cognitionem habet omnis temporis, omnisque naturæ, an tu eum putas existimare, quod hominis vita magnum sit aliquid? Nequaquam, respondit ille. Ergo, inquam, ne mortem quidem in malis ille reputabit? Minime vero. Antisthenicum. Regium est male audire, cum bene feceris. Turpe est vultum obsequi intellectui, seque componere ita ut is jubeat, cum ipse intellectus seipsum non componat atque ornet.

25. *Nam rebus irasci, nihil sane expedit:*
Iram enim curant nostram nihil.
Diis lethi ignaris & nobis gaudia dones.
Frugiferam uti spicam vitam meti,
Atque, hunc quidem esse, illum non.
Quod si Dii me liberosque negligunt,
Ratio est & huic.

A me stat, quod rectum & æquum est. Non una lugere; neque tremere.

26. Pla-

λαις ὑπφορέμβαι κρύπτουσι τὰ πρότερα· ὥτως ἐν τῷ βίῳ, τὰ πρότερα ὑπὸ τῶ ἐπενεχθέντων τάχιστα ἐκαλύφθη.

κδ'. Πλατωνικόν. Ὧ ἦν ὑπάρχει διάνοια μεγαλοπρεπὴς, καὶ θεωρία παντὸς μὲν χρόνου, πάσης δὲ οὐσίας, ἆρα οἴει τοῦτῳ μέγα τι δοκεῖν εἶναι τὸν ἀνθρώπινον βίον; ἀδύνατον, ἦ δ' ὅς. ἐκεῖνον καὶ θάνατον ἡ δεινὸν τι ἡγήσεται ὁ τοιοῦτος; οὐκοῦν γε. Αντωνεινικόν. Βασιλικὸν μὲν οὖ πρᾶξαι, καὶ ὡς δὲ ἀκοῦσαι. Αἰσχρὸν ὄζει τὸ μὲ πρόσωπον ὑπήκοον εἶναι καὶ χειμαπίζεσθαι, καὶ καλλιεπεῖσθαι ὡς κελεύει ἡ διάνοια· αὐτὴ δ' ὑφ' ἑαυτῆς μὴ χειμαπίζεσθαι καὶ καλλιεπεῖσθαι.

κε'. [1] Τοῖς πρᾶγμασι γὰρ οὐχὶ ἐνοικοῦσι χρεών·
Μέλει γὰρ αὐτοῖς ἐδέν.
Ἀθανάτοις τε θεοῖς, καὶ ἡμῖν χάρματα δοίης.
Βίον περίζειν ὥστε καρπιμον τάχιω·
Καὶ τὸ μὲ εἶναι, τὸ δὲ μή.
Εἰ δ' ἠμελήθην ἐκ θεῶν καὶ παῖδ' ἐμέ·
Εχει λόγον καὶ τοῦτο.

Τὸ γὰρ οὖ μετ' ἐμοῦ, καὶ τὸ δίκαιον. Μὴ συνπαθρωνεῖν· μὴ σφίζειν.

---

1 *Eurip.* & aliorum verba.

κς'. Πλα-

κς'. Πλατωνικόν.

Εγὼ δὲ τῶν τοῦ δήμου ἂν λόγον ἀντείπαιμι, ὅπι ὡ καλῶς λέγεις ὦ ἄνθρωπε, εἰ ἀεὶ δεῖν κίνδυνον ὑπολογίζεσθαι τὸ ζῆν, ἢ τεθνάναι ἄνδρα, ὅστις μηδὲν σμικρὸν ὠφελεῖ. ἀλλ' οἱ ἐκεῖνο μόνον σκοπεῖν ὅταν πράττῃ, πότερον δίκαια ἢ ἀδίκα πράττῃ· καὶ τ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ.

Οὕτω γὸ ἔχει ὦ ἄνδρες Αθηναῖοι τῇ ἀληθείᾳ, ἔ ἂν τις αὐτὸν τάξῃ ἡγησάμενον βέλτιστον εἶναι, ἢ ὑπ' ἄρχοντος ταχθῇ, ἐνταῦθα δεῖ ὡς ἐμοὶ δοκεῖ μένοντα κινδυνεύειν, μηδὲν ὑπολογιζόμενον, μήτε θάνατον, μήτε ἄλλο μηδὲν πρὸ τοῦ αἰσχροῦ.

Αλλ' ὦ μακάρε, ὅρα μὴ ἄλλό τι τὸ γενναῖον, καὶ τὸ ἀγαθὸν, ἢ τὸ σώζειν τε καὶ σώζεσθαι. μὴ γὰρ τοῦτο μὲν τὸ ζῆν ὁπόσον δὴ χρόνον τόν γε ὡς ἀληθῶς ἄνδρα οὐκτέον ἐστὶ, καὶ φιλοψυχητέον, ἀλλ' ὁπιτρέψαντα περὶ τούτων τῷ θεῷ, καὶ πιστεύσαντα τοῖς γυναιξὶν, ὅπ τὶς μαρμάρων ἀδεὶς ἂν ἐκφύγοι· τὸ δὴ τούτῳ σκεπτέον, πῦ ἂν ζόπον τοῦτον ὃν μέλλει χρόνον βιῶναι ὡς ἄριστα βιώη.

κζ'. Περισκοπεῖν ἄριστον δρόμους, ὥσπερ συμπεριθέοντα· καὶ τὰς τῶν ἐοι-

---

1 subint. ἔργα.

χείων

26. Platonica.

Ego autem haud injuria hoc retulerim. Non recte dicis, ô homo, si putas esse vel vitam vel mortem aliquo in discrimine ponendam ei viro, qui vel alicujus sit pretii: ac non id potius unum considerare eum inter agendum, justéne an injuste agat, & eáne sint viri boni an vero secus.

Rei enim veritas, ô Athenienses, ita habet, ut quo quis loco seipsum constituerit, existimans ita optimum esse, aut cum ita sit optimum, eo collocatus fuerit, ibi (mea quidem sententia) persistere debeat, ac quodvis periculum subire, neque mortem, vel ullam aliam rem turpitudine graviorem ducere.

Sed heus tu, vide, ne animi magnitudo, & bonum aliud quidpiam sint, quam servare, & servari. Neque enim concedendum est, eum revera virum dici mereri, qui quantocunq; tempore vivendum, neque rationem vitæ habendam putat sed eum, qui de his cura Deo commissa, credens mulieribus, non posse fatum ab ullo evitari, id considerandum porro ducat, quánam ratione tempus vitæ concessum sibi quam optime exigat.

27. Cursus siderum considerare expedit, quasi eos comitaremur, & e-

lementorum mutuæ mutationes crebro cogitandæ. Hæ enim cogitationes vitæ humilis sordes abstergent. Bene à Platone hoc etiam dictum, cum de hominibus loquitur; Intuendum est, inquit, in res terrenas, hominum congregationes, exercitus, agriculturas, nuptias, pacta, ortus, interitus, judiciorum turbas, vastitates regionum, varias Barbarorum gentes, ferias, luctus, nundinas, promiscuam colluviem, & ut ex contrariis constet hic mundus.

28. Præterita tempora reputare. Tot, exempli causa, regnorum & imperiorum conversiones. Sic enim & futura prævidere poteris: quæ paria & gemina sint oportet; neque enim quæ futura sunt, eorum quæ fuerunt numeros quasi saltatorios migrare fas est. Itaque etiam idem est, quadraginta, an decies millium spatio annorum vitam humanam contempleris: nihil enim amplius videbis. Et;

Cedit enim retro de terra quod fuit ante
In terras: & quod missum est ex ætheris oris,
Id rursum cœli rellatum templa receptant.

Sive

χείων εἰς ἄλληλα μεταβολὰς συνεχῶς ἐνγυοεῖν. ἀποκαθαίρεσι γὰρ αἱ τῶν φαντασίαι τ ξύπνου τ χαμαὶ βίε. Καλὸν τὸ τ Πλάτωνος καὶ δὴ πεῖ ἀνθρώπων τὸς λόγος ποιέμενον, Επισκοπεῖν δεῖ καὶ τὰ ὑπ' γεια, ὥσπερ πόθεν ἀνωθεν κάτω, ἀγέλας, στατώματα, γεώργια, γάμος, διαλύσεις, γνώσεις, θανάτος, δικασηείων θόρυβον, ἐρήμος χώρας, βαρβάρων ἔθνη ποικίλα, ἑορτὰς, θρήνος, ἀγορὰς, τὸ παμμιγὲς καὶ τὸ ἐκ τ ἐναντίων συγκοσμέμενον.

κη'. Τὰ πεφυκότα ἀναθεωρεῖν τὰς τοσαύτας τ ἡγεμονιῶν μεταβολὰς ἕξεσι καὶ τὰ ἐσόμενα πεφορᾶν. ὁμοειδῆ γὰρ πάντως ἔσαι, καὶ ἀχ οἷόν τε ἐκβιῶαι τῆς ξυθμῆς τ νῦν γινομένων. ὅθεν καὶ ἴσον, τὸ τεσσαράκοντα ἔτεσιν ἰσορῆσαι τ ἀνθρώπινον βίον, τῷ ὑπ' ἔτη μύρια. τί γὰρ πλέον ὄψει; Καὶ,

Τὰ ἐκ γῆς μὲν φύντα, εἰς γαῖαν· τὰ δ' ἄ
Απ' αἰθερίε βλαςόντα γνώ,
Εἰς ἀιθέριον πάλιν ἦλθε πόλον.

---

1 Omissa est (nescio quo casu) verborum horum interpretatio: *tanquam ex superiori aliquo loco intuendum est.* Xyl. leg. ἄνωθεν κατ' ἀγέλας.

Η τοῦτο δίαλυσις τῆς ἐν τῇ ἀτόμοις ἀντεμπλοκῶν, καὶ τοιοῦτός τις σκορπισμὸς τῆς ἀπαθῶν στοιχείων. καὶ,

1 Βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι καὶ μαγδύμασι

Παρεκτρέπεντες ὀχετὸν ὥστε μὴ θανεῖν.

Θεόθεν ὃ πνέοντ' ἔρον

Ανάγκη τλῆναι καμάτοις ἀνορθύτοις.

κθ'. Καθεζηκώτερος, ἀλλ' ἠχὶ κοινωνικώτερος, ἠδὲ αἰδημονέστερος, ἠδὶ εὐτακτότερος ὅπι τοῖς συμβαίνουσιν, ἠδὲ δυμενέστερος πρὸς τὰ τῇ πλησίον παραράματα.

λ'. Οτι ἔργον ὅπτελεῖῶς δυάται χῇ τὸ κοινὸν θεοῖς καὶ ἀνθρώποις λύγον, ἐκεῖ ἠδὲν δεινόν· ὅπου γὸ ὠφελείας τυχεῖν ἔξεστι, διὰ τὸ δυόδεστης, καὶ χῇ τὸ κατασκόλην πρεπιόσης ἐνεργείας, ἐκεῖ ἠδεμίαν βλάβιν ὑφορατέον. παντα χῆ καὶ δικαίως ὅπι σοὶ ὅτι καὶ τῇ παρούσῃ συμβάσῃ θεοσεβῶς δύαρεσεῖν, καὶ τοῖς παροῦσιν ἀνθρώποις χῇ δικαιοπρίπως πρεπφέρεσθαι, καὶ τῇ παρούσῃ φαντασίᾳ ἐμφιλοτεχνεῖν, ἵνα μή τι ἀκατάληπτον παρεισρυῇ.

1 *Xyl.* σίτοισι καὶ πότοισι καὶ μαχλαυεύμασι, sed hæc *Caſ.* promſit ex *Plut.* qui vult *Eurip.* eſſe authorem.

Sive hoc quædam complexuum quibus atomi junguntur invicem diſſolutio; aut talis aliqua ſimplicium & incorruptibilium elementorum diſperſio.

Cibiſque potuque & magicis adeo artibus
Avertimus curſum, & mortis fugimus viam.
Flantem divinitus auram
Opus eſt tolerare laboribus,
Luctu, lacrymiſque calentibus.

29. Eſt aliquis te peritior luctæ: quid tum? at non ſocietatis humanæ ſtudioſior eſt, non verecundior, non ita commode fert ea quæ accidunt, non ita mitis erga peccatores.

30. Ubicunque poteſt aliquid perfici ſecundum communem diis & hominibus rationem, ibi nihil eſt mali. Nam ubi utilitatem conſequi licet actionis, quæ recta via procedit ſecundum conſtitutionem hominis, ibi non eſt verendum ne quid ſubſit damni. Ubique & ſemper intua eſt manu poſitum, ut ea quæ in præſentia tibi acciderunt, & approbes pie, & cum hominibus qui tecum ſint, juſte agas, & viſa oblata accurate examines, ne quid non ſatis perceptum ſe inſinuet.

31. Noli aliorum mentes circumspicere, sed eo recta intuere, quo te natura cum universi, per ea quæ tibi eveniunt, tum tua per ea quæ tibi ad agendum sunt proposita, ducit. Id autem unicuique ad agendum proponitur, quod est ejus constitutioni consentaneum. Porro ita constituta sunt & comparata singula: reliqua quidem omnia eorum causa, quæ mente sunt prædita, nimirum deteriora præstantiorum causa; ratione autem præditorum unum alterius causa factum est. Quod igitur in hominis constitutione primarium est, hoc est, ut sociabilis sit, & communitati studeat; proximum est, ut corporis affectibus ne frangatur. Ratione enim & intellectu præditæ facultatis proprium est, seipsam circumscribere, & neque sensitivæ, neque appetivæ motioni succumbere: harum enim utraque etiam brutorum est. At intellectiva principatum obtinere, neque ab illis regi vult: nec injuria, quippe cujus natura ferat, ut omnibus reliquis ipsa utatur. Tertium est, vacuitas temeritatis & erroris. His igitur intenta pars princeps, recta progrediatur, summum suum bonum consecuta.

32. Tanquam mortuus, & cui hactenus tantum vita fuerit ab initio decreta,

λα'. Μὴ ἀπειθέπε ἀλλόπεια ἡγεμονικὰ· ἀλλ' ἐκεῖ βλέπε κατ' ἐυθύ, ὅπῃ πέ σε ἡ φύσις ὁδηγεῖ· ἥπε τῦ ὅλε διὰ τ' συμβαινόντων σοι, καὶ ἡ σὴ διὰ τ' ἀπαρκτέων τὸ σῦ. ἀπαρκτέον δὲ ἑκάσῳ τὸ ἐξῆς τῇ κατασκευῇ. κατασκευάσῃ δὲ τὰ μὲ λοιπὰ, τ' λογικῶν ἕνεκεν, ὥσπερ καὶ ὅπῃ παντὸς ἄλλε τὰ χείρω τ' κρειτόνων ἕνεκεν· τὰ δὲ λογικὰ ἀλλήλων ἕνεκεν. τὸ μὲ οὖν ἀπηγόμμον ἐν τῇ τ' ἀνθρώπε κατασκευῇ τὸ κοινωνικόν ὄζι. δεύτερον δὲ τὸ ἀνένδοτον πρὸς τὰς σωματικὰς πείσεις. λογικῆς γὰ κ) νοερᾶς κινήσεως ἴδιον ἀπερορίζειν ἑαυτῇ, κ) μήποτε ἡπαῦσι μήτε ἀϊδιπικῆς μήτε ὁρμπικῆς κινήσεως· ζωώδεις γὰ ἑκάτεραι. ἡ δὲ νοερὰ ἐθέλει ὠφελεῖσθαι, καὶ μὴ καταχρᾶῖδαι ὑπ' ἐκείνων. δικαίως γε. πέφυκε γὰρ χρησικὴ πᾶσιν ἐκείνοις. τρίτον ἐν τῇ λογικῇ κατασκευῇ, τὸ ἀπερίπλωτον καὶ ἀνεξαπάτητον. τύτων οὖν ἐχόμμον τὸ ἡγεμονικὸν εὐθέα περαινέτω, κ) ἔχει τὰ ἑαυτῦ.

λβ'. Ὡς ἀποτεθνηκότα δεῖ κ) μέχει νῦν βεβιωκότα, τὸ λοιπὸν ἐκ τ' ἀπερόπλωτον ζῆσαι

χτ

χτὶ τ φύσιν. Μόνον φιλεῖν τὸ ἑαυτῷ συμβαίνον καὶ συγκλωθόμενον. τί γὰρ ἁρμοδιώτερον;

λγ'. Εφ' ἑκάστε συμβάματος ἐκείνους παρὸ ὁμμάτων ἔχειν, οἷς τὰ αὐτὰ συνέβαινεν. ἔπειτα ἤχθοντο, ἐξενίζοντο, ἐμέμφοντο. νῦν ὁπῶ ἐκεῖνοι πᾶ; ἀδαμᾶ. τί οὖν καὶ σὺ θέλεις ὁμοίως; ἀχὶ ἦ τὰς μὴ ἀλλοτρίας ἕξοπὰς καταλιπεῖν τοῖς τρέπουσι καὶ τρεπομένοις, αὐτὸς ἦ ἐπὶ τὸ πῶς χρῆσθαι αὐτοῖς ὅλος γίνεσθαι. χρήσῃ γὸ καλῶς, καὶ ὕλη σᾶ ἔσαι, μόνον πρόσεχε καὶ θέλε σεαυτῷ καλὸς εἶ), ὅπ παντὸς ἂ πράσεις. καὶ μέμνησο ἀμφοτέρων, ὅτι καὶ [1] διάφορον ἐφ' ἕ ἡ πρᾶξις.

λδ'. Ενδον βλέπε. ἔνδον ἡ πηγὴ τ ἀγαθᾶ, καὶ ἀεὶ ἀναβλύειν δυναμένη, ἐὰν ἀεὶ σκάπτῃς.

λε'. Δεῖ καὶ τὸ σῶμα πεπηχθαι, καὶ μὴ διεξέρχεσθαι, μήτε ἐν κινήσει, μήτε ἐν χέσει. οἷς γὰρ τ ἐπὶ τ πρόσωπα παρέχεται ἡ διάνοια, [2] σωφρονικὸν αὐτὸ καὶ εὔχαριν σωτηρῶσα· τοιᾶτο καὶ ὅπ ὅλε τ σώματος ἀ πειτη-

1 fort. leg. ἀδιάφορον ut vid. Gat.
2 fort. leg. σωφρονίσας.

τέον,

ereta, quod supereſt, ſecundum naturam, tanquam ex abundanti conceſſum vive. Sola ea diligens, quæ tibi fatum junxit, eis contentus eſto. Quid enim magis congruum?

33. Ut ſingula eveniunt adverſa, ſtatim eos ante oculos habere, qui cum eadem ipſis eveniſſent, indignati ſunt, novitatem rei mirati, & reprehenderunt ea. Ubi nunc ii ſunt? nuſquam. Quid attinet te eorum ſimilem eſſe velle? ac non potius aliis verſantibus ac verſatis proprias converſiones, ſeu mores ſuos relinquentem, in id potius totis animi viribus incumbere, ut iis quæ tibi acciderunt, recte utaris. Uteris autem recte, & materia tibi fient actionis idonea, modo ſedulo advertas animum; ſed & quicquid ages, ſic affectus agas, ut tibi ipſi probari velis. Fac autem utriuſque memineris; cum diverſa ſit & agendi materia.

34. Intro reſpice: intus eſt fons boni, ſemper ſcaturiens, ſiquidem ſemper fodias.

35. Corpus conſtare, ac neque motu, neque habitu diſſolutum eſſe debet. Sicut enim mens efficit, ut vultus ſit compoſitus & aptus, ita de toto corpore ut tale ſit annitendum eſt. Omniaque hæc ita curanda ſunt, ut inter-

interim nimia cura non affectata videantur.

36. Vivendi ars palæstricæ est quã saltatoriæ similior, eo quod ipsa quoque curat, ut ad ea quæ incidunt, neque ante sunt provisa, paratum, & à casu tutum hominem præstet.

37. Adsiduo inquire, quales ii sint, quos testimonium de te ferre vis, ac quæ eorum sint mentes. Ita neque eos qui involuntarie peccant culpabis, neque testimonium eorum desiderabis, si in ipsos fontes inspicias, unde opiniones, appetitionesque eorum profluxerunt. Nullus animus, inquit ille, sua sponte privatur veritate: idem sentiendum de justitia, temperantia, benignitate, omnibusque similibus. At necessarium est quam maxime, id te nunquam non meminisse: ita enim erga omnes eris mitior.

38. De omni dolore in promptu sit tibi cogitare, eum neque turpem esse, neque mentem gubernatricem reddere deteriorem: quippe hæc neque qua rationabilis, neque qua sociabilis, damnum accipit. In majori autem dolorum numero etiam Epicuri dictum prodest, Eum neque intolerabilem esse, neque æternum, siquidem finium recorderis, ac non præjudicium

τέον. παύτα ὴ ταῦτα συὶ τῷ ἀνεπιτη-
δεύτῳ φυλακτέα.

λς'. Η βιωτικὴ τῇ παλαιστικῇ ὁμοιο-
τέρα ἢ ὠρ τῇ ὀρχηστικῇ. χ[2] τὸ πρὸς τὰ ἐμ-
πίπλοντα ὴ ὁ προσῳδιμὸς, ἕτοιμος καὶ
ἁπλῶς ἐσαίαι.

λζ'. Σωεχῶς ἐφισαίαι, πίνες εἰσὶν ὅ-
τοι ὑφ' ὧν μαρτυρεῖαι δέλεις, ὴ πίναι ἡγε-
μονικὴ ἔχουσιν. ὅτε γὸ μέμνῃ τοῖς ἀκουσί-
ως πλαίουσιν, ὅτε ὁπὶ μαρτυρήσεως δέησῃ,
ι εἰ βλέπων εἰς τὰς πηγὰς τ ὑπολήψεως
ὴ ὁρμῆς αὐτῶν. πᾶσα ψυχὴ ἄκουσά φησιν,
στέρεται ἀληθείας. ὅπως ὸ ὢ ὴ δικαιοσύνης,
ὴ σωφροσωίνης, ὴ ἀμνείας, ὴ παντὸς τοῦ
τοιούτου. ἀναγκαιότατον ὃ τὸ μνημονεῦσαι τού-
του μεμνῆαι· ἔστῃ γὸ πρὸς πάντας πρᾳότε-
ρος,

λη'. Επὶ μνὶ παντὸς πόνου, πρόχειρον ἔστω
ὅτι καὶ αἰσχρὸν, καὶ τὴν διάνοιαν τ κυβερ-
νῶσῃ χείρω ποιεῖ, ὅτε γὸ καθὸ 2 ὑλικὴ ὄζιν,
ὅτε καθὸ κοινωνικὴ ἀμφθείρει αὐτήν. Επὶ
μνὶ τοι τ πλείσων πόνων, ὴ τὸ τ Επικούρ
σοι βοηθείτω, ὅτι ὅτε ἀφόρητον, ὅτε αἰώ-
νιον· ἐὰν τ ὅρων μνημονεύῃς, καὶ μὴ

1 ἐμβλέπων manuscr. *Hasch.*
2 *Cas.* leg. λογικὴ ut constat ex vers.

προσδο-

προσδοξάζης. Κἀκείνῃ μὲν μέμνησο, ὅτι πολλὰ πόνῳ τὰ αὐτὰ ὄντα, λανθάνει διαφθειρόμενα. ἀφ' οὗ δὲ τὸ νυστάζειν, καὶ τὸ χαυνιαπίζεσθαι, καὶ τὸ ἀπρεπεῖν. ὅταν δὲ σοὶ τινὶ τῶν δυσαρεστῇς, λέγε ἑαυτῷ, ὅτι πόνῳ ἐναντίωσις.

λθ'. Ὅρα μήποτε τοιοῦτον πάθος πρὸς τοὺς ἀπαιθρώπους, οἷ οἱ [1] ἀνθρωποι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους.

μ'. Πόθεν ἴσμεν εἰ πλαύγης Σωκράτης, καὶ διάδεσιν κρειττων ἰῶ; ἐγὼ δὲ ἀρκεῖ εἰ Σωκράτης ἐνδοξότερον ἀπέθανεν, καὶ ἐναντιεχέστερον τοῖς σοφισταῖς διελέγετο, καὶ καρτερικώτερον ἐν τῷ πάγῳ διενυκτέρευεν, καὶ [2] Σαλαμίνιον κελεύσθεὶς ἄγειν, ἡνιοχώτερον ἔδοξεν ἀντιβιῶναι, καὶ ἐν τῇ ὁδοῖς ἐβρενθύετο· ὡς εἰ ἦ καὶ μάλις' ἂν τις ὑπισχνήσειεν εἶναι ἀληθὲς ἰῶ. ἀλλ' ἐκεῖνο δεῖ σκοπεῖν, ποίαν πνὰ ψυχὴν εἶχε Σωκράτης. καὶ εἰ ἐδυνατο ἀρκεῖσθαι τῷ δικαίῳ ἕξει τὰ πρὸς ἀνθρώπους, καὶ ὅσιῳ τὰ πρὸς θεούς. μήτε εἰκῇ πρὸς τι κακίαν ἀγανακτῆν, μηδὲ μὴν δυσκολ' ων πνὸς ἀγνοίαν. μήτε τῆν ὑπονεμομμύων ἐκ τοῦ ὅλου ὡς ξένον τι δεχόμενος, ἢ

1 leg. ἀπάνθρωποι.
2 De hac re vid. Laert. lib. 2.

ἐπὶ

dicium feras. Id quoque recordare, multa cum eandem habeant cum dolore naturam, tamen occulte [dum ut minora negliguntur,] moleſta eſſe: ut dormiturire, æſtum ferre, nauſeare: quorum aliquod ſi moleſte fers, dic tibi ipſi, Nunc dolori ſuccumbis.

39. Vide ne ita afficiaris contra inhumanos, ut homines contra homines.

40. Unde nobis conſtat Socratem fuiſſe illuſtrem, & meliori conſtitutione præditum? Non enim ſatis eſt eum clariori morte occubuiſſe, aut peritius cum Sophiſtis diſputaſſe, & patientius in frigore pernoctaſſe, & Salaminium abducere juſſum, fortiter repugnaſſe, ac in viis majeſtatem vultus præ ſe tuliſſe, de quo maxime dubitari poteſt an verum id fuerit. Sed hoc conſiderandum eſt, quo animo fuerit Socrates, an potuerit contentus eſſe, ſi juſtum ſe hominibus præberet, ac pium erga deos, an neque temere ob aliorum malitiam ſit indignatus, neque ullius inſcitiæ ſubſervierit; an nihil eorum quæ ſibi univerſi natura attribuiſſet, tanquam peregrinum aut intolerabile acceperit;

nunquamne affectibus carnis conſentientem mentem præbuerit. Non ita confudit omnia natura, ut non liceat circunſcribere ſeipſum, & quæ ſunt propria cuique, ea ipſum in ſua retinere poteſtate.

41. Admodum enim poſſibile eſt, ut quis divinus vir fiat, ac à nemine cognoſcatur. Hujus ſemper memento: atque hujus etiam, quod vita beata in pauciſſimis rebus eſt poſita. Neque quia deſperaſti te Dialecticum aut Phyſicum futurum, idcirco etiam liberum, pudicum, ſociabilem, Deoque obedientem te fieri poſſe.

42. In maxima animi voluptate licet vivere tutum ab omni vi, utcunque omnes quæ volunt cõtra nos clamitent: etiamſi circumdatæ corporeæ hujus molis membra à feris lanientur. Quid enim obſtat, quo minus interim mens ſeipſam conſervet in tranquillitate, veroque de rebus præſentibus judicio, & uſu eorum quæ ſunt præ manibus expedito: ita quidem ut judicium rei ſubjectæ dicat: Sane tu natura tua hoc es, etſi aliud videris: utque uſus dicat rei oblatæ: Ego te quærebam. Semper enim id quod adeſt, materia mihi eſt exercendæ virtutis rationalis & civilis, omninoque artis humanæ aut divinæ. Omne enim

ὡς ἀφόρητον ὑπομένων. μήτε τοῖς τ σαρκιδίοις παθεσιν ἐμπαρέχων συμπαθῆ τ νῦν. Η φύσις ἐχ ὕπως συνεκέρασε τῷ συγκειμαπι, ὡς μὴ ἐφεῖδῆς ἀθεωρείζειν ἑαυτὸν, καὶ τὰ ἑαυτῆ ὑφ' ἑαυτῷ ποιεῖσθαι.

μα'. Λίαν γὺ ἐνδέχεται θεῖον ἄνδρα γενέσθαι, καὶ ὑπὸ μηδενὸς γνωρισθῆναι. τέτε μέμνησο ἀεὶ, καὶ ἔπ ἐκείνε, ὅτι ἐν ὀλιγίστοις κεῖται τὸ εὐδαιμόνως βιῶσαι. καὶ μὴ ὅτι ἀπήλπισας ἀφελεκτικὸς καὶ φυσικὸς ἔσεσθαι, διὰ τῆτο ἀπογνῶς καὶ ἐλαύθερος, καὶ αἰδήμων, καὶ κοινωνικὸς, καὶ εὐπειθὴς θεῷ.

μβ'. Αβιάστως ἀφεζῆσαι ἐν πλείσῃ θυμηδίᾳ, κᾶν πάντες καταβοῶσιν ἄπινα βέλονται. κᾶν τὰ θηρία ἁφαπᾷ τὰ μελύδρια τ ἀθλιτεπαμμώε τέτε φυράματος. τί γὺ κωλύει ἐν πᾶσι τέτοις τῷ διανοίαν σώζειν ἑαυτῷ ἐναλήνην, καὶ κρίσιν τῇ ἀθλι τ ἀθλιστικόταν ἀληθεῖ, καὶ χρήσει τῆ ὑποβεβλημμώων ἑτοίμῃ. ὥστε τῷ μὲ κρίσιν λέγειν τῷ ἀθεπαίπλοντι, τῆτο ὑπαφχεις κατ' ὐσίαν, κᾶν χτὶ δόξαν ἀλλοῖον φανῇ. τῷ ὃ χρῆσιν λέγειν τῷ ὑποπίπλοντι, σε ἐζήτων. αἰεὶ γάρ μοι τὸ παρὸν, ὕλη ἀρετῆς λογικῆς καὶ πολιτικῆς. καὶ τὸ σμίκολον, τέχνης ἀνθρώ-

πυ ἢ θεῦ. πᾶν γὰρ τὸ συμβαῖνον, θεῷ ἢ ἀν-
θρώπῳ ἐξοικειῶται, καὶ ὅτε κοινὸν, ὅτε δυσ-
μεταχείριστον, ἀλλὰ γνώριμον καὶ εὔφορ-
μον.

μγ'. Τοῦτο ἔχει ἡ τελειότης τῆς ἤθους, τὸ
πᾶσαν ἡμέραν ὡς τελευταίαν διεξάγειν, καὶ
μήτε σφύζειν, μήτε νωχρᾶν, μήτε ὑπο-
κρίνεσθαι.

μδ'. Οἱ θεοὶ ἀθανάτοι ὄντες, ἃ δυσχε-
ραίνουσιν, ὅτι ἐν τοσούτῳ αἰῶνι θρέψει αὐτοὺς
πάντως ἀεὶ τοιούτων ὄντων καὶ τοσούτων φαύ-
λων ἀνέχεσθαι. πρεπόντως δ', καὶ κήδονται αὐ-
τῆς παντοίως. σὺ δ' ὅσον δέδεπω λήγειν μέλ-
λων ἀπαυδᾷς, καὶ ταῦτα εἰς ὧν τῆς φαύ-
λων; γελοῖόν ἐστι πρὸ μὲν ἰδίαν κακίαν μὴ
φεύγειν, ὃ καὶ δυνατόν ἐστι· πρὸ δὲ ἄλ-
λων φεύγειν, ὅπερ ἀδυνάτων.

με'. Ο αὐτὴ ἡ λογικὴ καὶ πολιτικὴ δυνα-
μις εὑρίσκει μήτε νοερὸν, μήτε κοινωνικὸν,
εὐλόγως κατανοέστερον ἑαυτῆς κρίνει.

μς'. Οταν σὺ οὖ πεποιηκὼς ἦς, καὶ
ἄλλῳ οὖ πεπονθὼς, τί ἔτι ζητεῖς πέρας
παρὰ ταῦτα, ὥσπερ οἱ μωροὶ, τὸ καὶ δόξαι
οὖ πεποιηκέναι, ἢ τὸ ἀμοιβῆς τυχεῖν; ἀδεὴς κάμει ὠφελήμενος· ὠφέλεια δὲ
πρᾶ-

enim id quod accidit, Deo eſt aut homini familiare, neque novum, neque intractabile, ſed conſuetum & tractabile.

43. Perfectio morum hoc præſtat, ut omnem diem tanquam ſupremum agas, nihil tremas, nihil torpeas, nihil ſimules.

44. Dii, cum ſint immortales, tamen non indigne ferunt, quod in tam diuturno ævo ſemper omnino tot improbos homines perferre debeant: quinimo illorum curam ſummam gerunt. Tu autem qui jamjam ceſſabis vivere, deſperas, idque unus è numero malorum. Ridiculum eſt te non fugere tuam ipſius malitiam, id quod potes; aliorum velle fugere, quod non potes.

45. Quicquid rationalis & civilis tua vis invenerit neque rationi conſentaneum, neque ad ſocietatem conducens, id recte ea indignum judicabis.

46. Si tu bene alicui feciſti, & eſt, qui à te beneficium acceperit, quid præter hæc duo tertium aliquid requiris ſtultorum more, ut & videaris bene feciſſe, & gratiam recipias? Nemo defatigatur accipiendo aliquid utile. Atqui utile tibi eſt, te ſecundum naturam aliquid agere: ne

igitur dum alii prodes, ipsi tibi prodesse defatigare.

47. Universi natura olim cum mundum conderet, consilio & deliberatione usa est. Quicquid igitur postea accidit, aut primæ illius deliberationis fatique merum consequens est: aut si nunc quoque de singulis deliberat Deus, certe quæ ratione prædita sunt, ea præcipua putanda sunt, circa quæ versatur ejus providentia. Hoc, si memoria teneas, multis in rebus animo ut sis tranquilliori efficiet.

πρᾶξις κτὶ φύσιν. μὴ οὖν κάμνε ὠφελέμενος, ἐν ᾧ ὠφελεῖς.

μζ'. Ἡ τοῦ ὅλε φύσις ὅτε τὸν κοσμοποιΐαν ὥρμησεν. νῦν ἤ ἦτοι πᾶν τὸ γινόμενον κατ' ἐπακολούθησιν γίνεται· ἢ [1] ἀλόγως τῇ τὰ κυριώτατα τάξιν, ἐφ' ἃ ποιεῖται ἰδίαν ὁρμὴν τὸ τοῦ κόσμε ἡγεμονικόν. εἰς πολλά σε χαλεπώτερον ποιήσει τοῦτο μνημονεύσαι.

---

1 *Cas.* legendum putat ἢ τὰ λογικῶς.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ

αὐτοκράτορος, τῶν εἰς ἑαυτόν,

ΒΙΒΛΙΟΝ η'.

ΚΑΙ τοῦτο πρὸς τὸ ἀκενόδοξον φέρει, ὅπ καὶ ἔπ δύνασαι τὸν βίον ὅλον, ἢ τόν γε ἀπὸ νεότητος φιλόσοφον βεβιωκέναι· ἀλλὰ πολλοῖς τ' ἄλλοις, καὶ αὐτὸς σεαυτῷ δῆλος γέγονας, πόρρω φιλοσοφίας ὤν. πέφυρσαι δ' ἕν, ὥστε πλὴν μικρὰ δόξαν τιὰ τῶν φιλοσόφων κτήσασθαι, ἀκέπι σοι ῥᾴδιον. ἀνταγωνίζεται δὲ καὶ ἡ ὑποθεσις. εἰ γὰρ ἦν ἀληθῶς ἑώρακας πᾶν κεῖτὰι τὸ πρᾶγμα, τὸ μὴ π' δόξεις, ἄφες· ἀρκέσθητι δὲ, εἰ καλὴν τὸ λοιπὸν τοῦ βίου ἴσον δήποτε ὡς ἡ σὴ φύσις θέλῃ βιώσεις. καταγνόησον δὴν π' θέλει, καὶ ἄλλο μηδὲν περιπάτω. πεπείρασαι γὰρ πολλὰ πόσα πλανηθείς, ἐδαμοῦ εὗρες τὸ εὖ ζῆν· οὐκ ἐν συλλογισμοῖς, οὐκ ἐν πλούτῳ, οὐκ ἐν δόξῃ, οὐκ ἐν ἀπολαύσει, ἐδαμοῦ· πῆ ἔστιν; ἐν τῷ ποιεῖν, ἃ ἀνθρώπου φύσις. πῶς οὖν ταῦτα ποιήσει; ἐπὴν δόγματα ἔχῃ ἀφ' ὧν αἱ ὁρμαὶ καὶ αἱ πράξεις. τίνα δόγματα; τὰ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ὡς ἐδενὸς μὴ

M. ANTONINI *IMP.*

de ſeipſo, & ad ſeipſum,

LIBER OCTAVUS.

ID quoque ad minuendam gloriæ cupiditatem facit, quod jam non integrum tibi totam vitam à prima uſque ætate philoſophice vivere: ſed cum multis aliis, tum vero tibi ipſi manifeſtum eſt factum, te procul à philoſophia abiiſſe. Conturbatæ igitur ſunt tuæ rationes, cum neque ipſe jam nomen philoſophi facile poſſis adipiſci, & tuum inſtitutum repugnet. Si itaque vere perſpexiſti, in quo ſit res poſita, omitte curare quis habearis: ſatis autem ſit tibi ſi reliquum vitæ arbitrio naturæ exigas. Quid ea velit, cogita; hinc te nihil divellat. Expertus enim es circum quot res vagatus, nuſquam vitam beatam inveneris: non in ſyllogiſmis, non in divitiis, non in gloria, non in voluptate, nullibi. Ubi vero eſt? in agendo ea, quæ hominis natura requirit. Quomodo ita aget? Si ea habeat dogmata, à quibus conſentaneæ appetitiones & actiones veniant. Quæ ſunt illa? de

de bonis & malis. Scilicet, nihil esse bonum homini, quod non reddit justum, temperantem, fortem, liberalem: nihil malum, nisi quod horum contrarium efficiat.

2. In omni actione à te ipso quære, Qualis ea mihi videtur? An non ejus me pœnitebit? Prope est, cum ego moriar; & quicquid est, esse desinet. Si præsens actio animalis est mente præditi, societatis hominum studiosi, & qui eadem, qua Deus ipse, lege regitur; quid præterea requiro?

3. Alexander, Caius, & Pompeius; quid hi ad Diogenem, Heraclitum, vel Socratem? Hi enim noverant res, earum causas, materias: hæc, illorum principatus & regna. Ibi autem quantum ignorantiæ, tantum & servitutis.

4. Nihilominus eadem facient, etiam si tu te ruperis. Primum esto hoc, ne perturberis; omnia secundum universi naturam eveniunt: paulo post, nusquam eris; sicut nunc Adrianus & Augustus. Deinde in rem ipsam intuere, eamque considera, recordatusque debere te esse bonum virum, ac quid hominis natura velit, age id quod propositum est constanter, ac quod justissimum tibi videtur, id loquere: modo ut omnia placide, verecunde,

μὴ ἀγαθῦ ὄντ☉ ἀνθρώπῳ, ὃ ὀχὶ ποιεῖ δίκαιον, σώφρονα, ἀνδρεῖον, ἐλεύθερον· ὧν ὁ λόγ☉ ἂν κελεύῃ, ὃ ὀχὶ ποιεῖ τἀναντία τοῖς εἰρημένοις.

β'. Καθ' ἑκάστην πρᾶξιν ἐρώτα σεαυτόν, πῶς μοι αὕτη ἔχει. μὴ μετανοήσω ἐπ' αὐτῇ; μικρὸν καὶ τέθνηκα, καὶ πάντ' ἐκ μέσου. τί πλέον ὄπιζητῶ, εἰ τὸ παρὸν ἔργον ζώῃ νοερῷ καὶ κοινωνικῷ καὶ ἰσονόμῳ θεῷ;

γ'. Ἀλέξανδρ☉ ὁ καὶ Γάϊ☉, καὶ Πομπήϊ☉, τί πρὸς Διογένη, καὶ Ἡράκλειτον, καὶ Σωκράτην; οἳ μὲν γὰρ εἶδον τὰ πράγματα, καὶ τὰς αἰτίας, καὶ τὰς ὕλας, καὶ τὰ ἡγεμονικὰ ἦν αὐτῶν ταῦτά. ἐκεῖ δ' [1] ὅσων πρόνοια, καὶ δυλεία πόσων.

26. Nunquam ſcribere & legere alios docebis, niſi ipſe prius didiceris: id multo magis in vita verum eſt. Servus es, ratione cares.

Tum charum cor mihi riſum ſuſtulit.

Virtuti gravibus faciet convitia verbis.

27. Inſani eſt, ficus hyeme quærere. Tale eſt, liberos optare, cum jam habere per ætatem non licet. Epictetus præcipiebat, quoties natos oſculamur, toties tacitum ſe quemlibet alloqui; Fortaſſe cras morieris. At mali hoc ominis: Nihil inquit ille, ominoſum, quod aliquod opus naturæ deſignat: niſi abomi-

nere, quod ſpicæ metuntur. Uva primum cruda, deinde matura fit, pòſt paſſa: hæc omnia rei ſunt mutationes non in nihilum, ſed in id quod jam non eſt.

28. Nemo (ut dicebat Epictetus) latro eſt voluntatis. Ars autem, ait idem, invenienda eſt in adſentiendo, utque impetus animi diligenter obſerventur; ut adjunctam exceptionem ſemper habeant; ut ſpectent ſocietatem, & pro cujuſque rei dignitate ſuſcipiantur. Cupiditate omnino abſtinendum eſt; averſatio autem ad illa duntaxat adhibenda eſt, quæ noſtri ſunt arbitrii. Non de re levi certamen, aiebat Socrates, ſed de eo, compotes mentis, an inſani vitam traducemus. Quid vultis? animos rationis compotes, aut non? compotes. Sanæ, an corruptæ? ſanæ. Cur ergo non quæritis? Quia habemus. Quid igitur contenditis? quid differimini?

τὸ τὰς ταὶχυας θεειδιῶαι, δύσφημον. ἥμφαξ, ταφυλὴ, ταφὶς· παὶτα μεταβολαὶ, ὄχ εἰς τὸ μὴ ὂν, ἀλλ' εἰς τὸ νῶν μὴ ὄν.

κη'. Λῦσις προαιρέσεως ἐγίνεται, τὸ τῶ [1] Επικτήτε. Τέχνιον ἦ ἔφη πρεῖ τὸ συγκατατίθεσθαι ὁρεῖν, ϗ ἐν τῷ πρεῖ τὰς ὁρμὰς τόπῳ τὸ προσεκλικὸν φυλάσσειν, ἵνα μεθ' ὑπεξαιρέσεως, ἵνα κοινωνικὰ, ἵνα καθ' ἀξίαν. Καὶ ὀρέξεως μὲν παντάπασιν ἀπέχεσθαι, ἐκκλίσεως δὲ πρὸς μηδὲν τῶν ὄχ ἐφ' ἡμῖν χρῆσθαι. Οὐ πρεῖ τῶ τυχόντος οὕτω ἔφη ὀζίνειν ὁ ἀγὼν, ἀλλὰ πρεῖ τῶ μαίνεσθαι, [2] εἰ μή. Ο Σωκράτης ἔλεγε, τί θέλετε; λογικῶν ψυχὰς ἔχειν, ἢ ἀλόγων; λογικῶν. τίνων λογικῶν; ὑγιῶν, ἢ φαύλων; ὑγιῶν. τί οὖν ὐ ζητεῖτε; ὅτι ἔχομεν. τί οὖν μάχεσθε, ϗ διαφέρεσθε;

1 l. 1. c. 22.
2 Leg. ἢ μὴ.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ

αὐτοκράτορος, τὰ εἰς ἑαυτὸν,

ΒΙΒΛΙΟΝ ιβ'.

Παντα ἐκεῖνα ἐφ' ἃ διὰ τοῦ σῶμα ἐλθεῖν, ἤδη ἔχειν δώσασαι, ἐὰν μὴ σεαυτὴ φθονῇς· τοῦτο δέ ὄζιν, ἐὰν παῦ τὸ παρελθὸν καταλίπῃς, καὶ τὸ μέλλον ὅπῃ τρέψῃς τῇ προνοίᾳ, καὶ τὸ παρὸν μόνον ἀπαθυμίᾳς πρὸς ὁσιότητα καὶ δικαιοσύνῃ. ὁσιότητα μὲν, ἵνα φιλῇς τὸ ἐπανεμόμενον. σοὶ γὰρ αὐτὸ ἡ φύσις ἔφερε, καὶ σὲ τοῦτῳ. δικαιοσύνῃ δ', ἵνα ἐλευθέρως καὶ χάρεις προλοκῆς λέγῃς τε ταληθῆ, καὶ προάξῃς τὰ κατὰ νόμον, καὶ κατ' ἀξίαν. μὴ ἐμποδίζῃ δέ σε, μήτε κακία ἀλλοτρία, μήτε ὑπόληψις, μήτε φωνὴ, μηδὲ μικὰ αἴσθησις τῶν [1] προτεθραμμένων σοι σαρκιδίων. ὄψεται γὰρ τὸ πάσχον. ἐαν οὖν ὅτε δή ποτε πρὸς ἐξόδῳ γένῃ, πάντα τὰ ἄλλα καταλιπὼν, μόνον τὸ ἡγεμονικόν σε, καὶ τὸ ἐν σοὶ θεῖον τιμήσῃς, καὶ μὴ τὸ παύσεσθαί ποτε ζῆν φοβηθῇς, ἀλλὰ τόγε μηδέποτε

1 προτεθραμμένα Xyl.

ἄρξα-

M. ANTONINI *IMP.* de ſeipſo, & ad ſeipſum,

LIBER DECIMUS SECUNDUS.

OMnia iſta, quæ per circuitus temporum adipiſci optas, jam nunc habere potes, niſi tibi ipſi invides: hoc eſt, ſi omne id quod præteriit, omittas, futurum providentiæ committas, id modo quod præſens eſt, dirigens ad ſanctitatem & juſtitiam: alteram, ut boni conſulas ea quæ tibi fatum tribuit, (etenim id natura tibi attulit quæ te quoque ad hoc ipſum tulit) alteram, ut libere ac ſine ambagibus veritatem loquaris, agaſque ſecundum legem, & ut dignum eſt. Non impediat autem te neque aliena malitia, neque opinio, neque vox, neque ſenſus circundatæ tibi carnis. Id enim curet, quod afficitur. Si igitur ad exitum tendens relictis aliis omnibus, tantum mentem tuam, idque quod eſt in te divinum, veneraberis; neque non vivere metues, ſed ne quando vivere ſecundum naturam

ram non incipias: vere homo eris dignus mundo qui te protulit, neque amplius eris tanquam peregrinus à patria tua, admirans ea quæ quotidie eveniunt, neque de hac vel illa re dependebis.

2 Videt Deus omnium mentes nudas à vasis materialibus & corticibus istis atque repurgamentis. Sola enim sua intelligentia sola ista contingit, quæ ab ipso huc defluxerunt ac derivata sunt. Quod ipsum tu quoque si facere assuescas, magna ex parte pleraque illa quibus vita distrahitur, rescindes. Qui enim non aspicit carnem circumjectam; isne in veste, domo, gloria, aut quicquid mobilis & exterioris instar est tabernaculi, contemplandis occupabitur?

3. Tria sunt ex quibus constas: corpus, anima, mens. Priora duo tantum ea ratione tua sunt, quatenus eorum tutela tibi commissa est. Tertium solum vere tuum est. Quod si separes à te, quæ alii dicunt aut faciunt, aut quæ tu ipse pridem; & quæ te futura perturbant, & quæ corpori tibi circundato, vel animulæ unà natæ ab arbitrio tuo neutiquam pendentia accidunt; ac quæ fluctus externarum rerum volvit: Ita ut intellectus ab illis rebus, quæ fato tibi copulatæ

ἀρξαμ͂ς κ͂τ φύσιν ζῆν· ἔσῃ ἄνθρωπ͂ος ἄ-
ξῖος τ͂ ϑωνήσαν͂ῖ κόσμ͂ῳ, κ͂ὶ παύσῃ ξένος
ὢν τ͂ πατρίδ͂ος, κ͂ὶ θαυμάζων ὡς ἀπροσ-
δόκητα τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα, κ͂ὶ πρεμά-
μεν͂ος ἐκ τοῦδε κ͂ὶ τοῦδε.

β'. Ο θεὸς παῦτα τὰ ἡγεμονικὰ, γυμνὰ
τ͂ῆς ὑλικῶν ἀγγείων κ͂ὶ φλοιῶν κ͂ὶ καθαρμά-
των ὁρᾷ. μόνῳ γὰ τῷ ἑαυτοῦ νοερῷ μόνων ἅ-
πτεται, τ͂ ἐξ ἑαυτοῦ εἰς ταῦτα ἐρρυηκότων κ͂ὶ
ἀπροσχέτ͂ευμένων. ἐὰν ὦ κ͂ὶ σὺ τοῦτο ἐθίσῃς
ποιεῖν, τ͂ πολλὴ ϑεραπασμὸν σεαυτοῦ ϑερα-
πεύσεις. ὁ γὰ μὴ τὰ ϑεικείμενα κρεάδια ὁ-
ρῶν, ἵππ͂ος γε ἐαθῆτα, κ͂ὶ οἰκίαν, κ͂ὶ δόξαν,
κ͂ὶ τ͂ τοιαύτ͂ην ϑερβολὴν κ͂ὶ σκηνὴν ϑεώ-
μεν͂ος [1] ἀχολήσεται;

γ'. Τεία ἐστὶν ἐξ ὧν συνέσηκας· σωμά-
πον, πνεύμάπον, νοῦς. τούτων τἄλλα μέχει
τ͂ ὀπμελεῖϑαι δεῖν, σά ἐστι. τὸ ὦ τείτον μό-
νον κυείως σόν. ἐὰν σῦ χωείσῃς ἀπὸ σεαυ-
τοῦ, τυτέστιν ἀπὸ τ͂ σῆς διανοίας, ὅσα ἄλλα
ποιῦσιν ἢ λέγουσιν, ἢ ὅσα αὐτὸς ἐποίησας
ἢ εἶπας, κ͂ὶ ὅσα ὡς μέλλοντα παράσει, κ͂ὶ
ὅσα τ͂ ϑεικειμένῃ σοι σωματίῳ, ἢ τ͂ συμ-
φύτῳ πνεύματίῳ, ἀπροαίρετα πρόσεστιν, κ͂ὶ
ὅσα ἡ ἔξωϑεν ϑερρέουσα δίνη ἐλίσσει, ὥστε

1 *Caſ.* videtur legiſſe ἰσχλήσεται.

τὴν συνειμαρμένων ἐξηρημένην καθαρὰν τὴν προαίρεσιν διώαμιν ἀπόλυτον ἐφ' ἑαυτῆς ζῆν, ποιῆσαι τὰ δίκαια, καὶ θέλεσαι τὰ συμβαίνοντα, καὶ λέξεσαι τἀληθῆ· ἐαὶ χωείσης φημὶ τῇ ἡγεμονικῇ τύτῳ τὰ προσηρτημένα ἐκ προσπαθείας, καὶ τῇ χρόνῳ τὰ ἐπέκεινα, ἢ τὰ παρωχημότα, ποιήσης τε σεαυτὸν, οἷος ὁ [1] Εμπεδόκλεις,

Σφαῖρος κυκλοτερὴς μονῇ τετιθεῖ γαίων,
μόνον τε ζῆν ἐκμελετήσης ὃ ζῆς, τυτέστι τὸ παρὸν· δωήσῃ τὸ λοιπὸν μεχρὶ τῇ ἀποθαεῖν εὐπολειπόμενον, ἀταράκτως, καὶ εὐγνωμόνως, καὶ ἵλεως τῇ σεαυτῆ δαίμονι ἀφιδιῶναι.

δ'. Πολλάκις ἐθαύμασα, πῶς ἑαυτὸν μὴ ἔχας μᾶλλον πάντων φιλεῖ, τὴν ἢ ἑαυτῆ τοῖς αὐτῆ ὑπολήψιν ἐν ἐλάττονι λόγῳ πίθεται, ἢ τὴν τῶν ἄλλων. Εἰ γέν τινα θεὸς ὀπτεύσας, ἢ διδάσκαλος ἔμφρων κελεύσῃ μηδὲν καθ' ἑαυτὸν ἐνθυμεῖσθαι καὶ διανοεῖσθαι, ὃ μὴ ἅμα γε γινώσκων ἐξοίσει· οὐδὲ πρὸς μίαν ἡμέραν τῦτο ὑπομενεῖ. ὕτως τοὺς πέλας μᾶλλον αἰδούμεθα τί ποτε τοὺς ἡμῶν φρονήσυσιν, ἢ ἑαυτούς.

---

1 Versum hunc quem *Ant.* vult esse Empedoclis alii sic legunt σφαῖρος κυκλ. δίνῃ τετιηκὶ γ. alii sic Σφαῖρος κυκλ. μένῃ τετιηκὶ χαίρων. fort. Σφαῖρ' ὡς quia Σφαῖρος vix legitur nisi apud *Ant.*

ε'. Πῶς

pulatæ sunt, exemptus liberam apud seipsam vitam vivat, agens justa, probans accidentia, dicens vera; si inquam removeas à mente res quæ ei ex societate & contagione coporis adhæsere; itemque futurum & præteritum tempus, & facies te talem, qualis globus ille Empedocleus,

Se solo exultans, totus teres atque rotundus:

id tantum denique vivere quod vivis, hoc est, quod præsens est, curabis: tum vere poteris quod ad finem usque vitæ tibi supereſt, absque perturbationibus generose, & genium tuum probans atque amans, exigere.

4. Sæpenumero mihi mirari subiit, quidnam esset rei, quod homines cum seipsos magis quam quemquam alium diligant, tamen suam de sese existimationem minoris ducant quam aliorum. Quod si quis Deus adstans, aut prudens præceptor mandet, ne quid quis apud seipsum cogitet animove concipiat, nisi id statim sit prolaturus; certe ne unum quidem diem id toleret: adeo magis veremur, quid proximus de nobis sit existimaturus, quam quid ipsi nos.

5. Quî fit, quod Dii, cum omnia pulchre & humaniter ordinaverint, hoc unum neglexerunt, quod nonnullos homines apprime bonos, ac qui plurima cum divino numine quaſi fœdera ſanciverunt, illique ſeſe familiares multis piis actionibus & ſacrificiis effecerunt, ſemel fato functos non reducunt, ſed omnino extingui ſinunt? Id autem ſi ita eſt, certo ſcias Deos aliter inſtituros fuiſſe, ſi aliter fieri expediviſſet. Nam ſi erat juſtum, erat utiq; etiam poſſibile: ac ſi erat ſecundum naturam, certe natura id tuliſſet. Quod ergo res non ita habet (ſi tamen non ita habet) id tibi faciat fidem non fuiſſe ex uſu, ut aliter quam eſt fieret. Vides enim ipſe quoque te, dum hoc ſcrutaris, cum Deo de jure diſceptare. Atqui non hoc modo cum Diis colloqueremur, niſi eos optimos eſſe & juſtiſſimos putaremus. Si autem tales ſunt, nihil certe in ordine mundi conſtituendo injuſte ac contra rationem neglectum præterierunt.

6. Adſuefac te ad ea etiam, de quibus deſperas. Etenim læva manus, cum ad alia obeunda ſit inhabilis, propterea quod non conſuevit: tamen frænum, cui aſſuevit, fortius quam dextra continet.

7. Qualem te & corpore & animo

ε'. Πῶς ποτε πάντα καλῶς καὶ φιλανθρώπως διατάξαντες οἱ θεοὶ, τοῦτο μόνον παρεῖδον, τὸ ἐνίοις τῶν ἀνθρώπων καὶ πάνυ χρησθῆναι, καὶ πλεῖσα σφὸς τὸ θεῖον ὥσπερ συμβόλαια δεδωκόσι, καὶ ὅπι πλεῖσον δι' ἔργων ὁσίων καὶ ἱερουργιῶν συνήθεις τῷ θείῳ γλυκανθῆναι, ἐπειδὴν ἅπαξ ἀποθάνωσι, μηκέτι αὖθι γένεσθαι, ἀλλ' εἰς τὸ παντελὲς ἀπεσβεσμένους; τοῦτο δὴ εἰκὸς καὶ ὕστως ἔχει, σὺ ἴσθι ὅτι εἰ ὡς ἑτέρως ἔχειν ἐδει, ἐποίησαν ἄν· εἰ γὰρ δίκαιον ἦν, ἦν ἂν καὶ δυνατόν· καὶ εἰ κατὰ φύσιν, ἤνεγκεν ἂν αὐτὸ ἡ φύσις. ἐκ δὲ τοῦ μὴ ὕστως ἔχειν, εἰκὸς ἐκ ὕστως ἔχει, πείσεσθαί σοι τὸ μὴ δεῆσαι ὕστως γίνεσθαι ὁρᾷς γὰρ καὶ αὐτὸς, ὅτι τοῦτο παρεζητῶν δικαιολογῇ πρὸς τὸν θεόν. ἐκ ἂν δὲ ὕστως διελεγόμεθα τοῖς θεοῖς, εἰ μὴ ἄνοιτοι καὶ δικαιότατοί εἰσιν. εἰ δὲ τοῦτο, ἐκ ἂν τι προεῖδον ἀδίκως καὶ ἀλόγως ἠμελημένον τοῦ ἐν τῇ διακοσμήσει.

ς'. Ἐσθίε καὶ ὅσα ἀπογινώσκεις. καὶ γὰρ ἡ χεὶρ ἡ ἀριστερὰ, πρὸς τἆλλα διὰ τὸ ἀνένδυτον ἀργὸς οὖσα, τοῦ χαλινοῦ ἐρρωμενέστερον ἢ ἡ δεξιὰ κρατεῖ. τοῦτο γὰρ εἴδυτο.

ζ'. Οποῖον δεῖ καλληφθῆναι ὑπὸ τοῦ

θανάτε, ἢ σώματ ἢ ψυχῆ. τ βραχύτητα τ βίε, τ ἀχάνειαν τ ὀπίσω ἢ πρόσω αἰῶνος, πῶς ἀδένειαν πάσης ὕλης, γυμνασ τῆς φλοιῶν θεάσασθαι τὰ αἰτιώδη· τὰς ἀναφορὰς τῆς πράξεων· τ πόνου, τί ἡδονή, τ θανάτου, τί δόξα· τίς ὁ ἑαυτῷ ἀσχολίας αἴτιος· πῶς ὐδεὶς ὑπ' ἄλλε ἐμποδίζεται· ὅτι παντα ὑπόληψις.

ιγ'. Ομοιον δ' ἐπὶ δεῖ ἐν τῇ τῆς δογμάτων χρήσει, παγκρατασῆ, ὡς ἰ μονομάχω. ὁ μὲν γὰρ τὸ ξίφος ᾧ χρῆται, ἀποπίπτει ἢ ἀναιρεῖται· ὁ δ' τ χεῖρα ἀεὶ ἔχει, ἢ ὐδὲν ἄλλο ἢ συσφίγξαι αὐτῷ δεῖ.

ιδ'. [1] Τοιαῦτα τὰ περάγματα ὁρᾶν διαιρῶντα εἰς ὕλην, αἴτιον, ἀναφοράν. ἡλίκην ἐξουσίαν ἔχῃ ἄνθρωπος, μὴ ποιεῖν ἄλλο, ἢ ὅσα μέλλει ὁ θεὸς ἐπανεῖν· ἢ δὲ χαὶς παῦ ὃ ἂν νέμῃ αὐτῷ ὁ θεὸς, τὸ ἐξῆς τῇ φύσει.

ιε'. Μήτε θεοῖς μεμπτέον· ὐδὲν γὰρ ἑκόντες ἢ ἄκοντες ἁμαρτάνουσι· μήτε ἀνθρώποις, ὐδὲν γὰρ ἑκόντες· ὥστε ὐδενὶ μεμπτέον.

ιϛ'. Πῶς γέλοιος ἢ ξένος ὁ θαυμάζων ὁτιῦν τ ἐν τῷ βίῳ γινομένων;

ιβ'. Ητοι ἀνάγκη εἰ μαρμένη, ἀ παρά-

1 ποια αὐτὰ τα πράγματα Gat. δεῖ αὐτὰ Cas.

βολος

à morte deprehendi par eſt? Conſidera vaſtitatem ævi quod ante & poſt te eſt, brevitatem vitæ, omnis materiæ fragilitatem: formas ipſas ab integumentis nudas inſpice. Quo referantur actiones vide: quid dolor, voluptas, mors, gloria, quis ſibi ipſi occupationum ſit cauſa: neminem ab alio impediri; omnia opinione conſtare.

8. In uſu placitorum ſimilem oportet eſſe pancratiaſtæ, non gladiatori: hic enim enſem quo utitur ſi deponit, interficitur; alter vero manum ſemper habet paratam, neque aliâ re indiget, quam ut eam contorqueat.

9. Res ipſæ conſiderandæ ſunt, diviſione earum facta in materiam, formam, & reſpectum. Quanta eſt potentia hominis, cui licet nihil aliud facere, quam id, quod Deus ſit laudaturus; & amplecti omnia quæ ei Deus obtulerit, ut naturæ ordini conſentanea?

10. Dei non ſunt culpandi; (nam neque volentes, neque inviti peccant) neque homines; qui non niſi inviti peccant: nulli igitur culpandi.

11. Quam ridiculus eſt & peregrinus, qui miratur ea quæ in vita fiunt?

12. Omnia ſunt aut neceſſitas fata-

lis, atque ordo inevitabilis: aut providentia placabilis: aut confuſio inanis & nullum habens rectorem. Quod ſi eſt neceſſitas inevitabilis, quid reluctaris? ſin providentia quæ admitit placationem, dignum præbe teipſum divino auxilio. Sin confuſio eſt, cui præſit nemo, contentus eſto, quod in tanto rerum fluctu ipſe in te habes mentem: quod ſi te abripiat æſtus, abripiat ſane corpuſculum, animulam, ac reliqua: mentem quidem non abripiet. An erit, ut candelæ quidem lumen tamdiu luceat dum extinguatur, neque ſplendorem amittat: veritas autem in te, & juſtitia, & temperantia ante obitum tuum extinguantur

13. Si quis de ſe opinionem ut peccante præbeat, cogita: ecquid noſti, ſitne peccatum? ac ſi peccavit: quid ſi ipſe ſeipſum damnet; idque per inde eſt ac ſi quis ſuum ipſius vultum propriis unguibus laceret. Qui autem pravos peccare non vult, ejus ſimilis eſt, qui non vult ficum in ſuo fructu ſuccum ferre, infantes plorare, equum hinnire: ac ſi quæ ſunt alia neceſſaria. Quid enim aliud faceret, qui hunc ſibi habitum contraxit? Si igitur acutus tu, & eloquens es, cura eum morbum.

14. Si

βαλ& τάξις· ἡ πρόνοια ἱλάσιμο& · ἡ φυρμὸς εἰ καὶ ὁτῆλος καὶ ἀπερεράτητος. εἰ μὴ ἀπαρέβατος ἀνάγκη, τί ἀνπλέινεις; εἰ ὃ φρόνοια ὁπαδεχομένη τὸ ἱλάσκεδζ, ἄξιον αὐτὸν ποίησον τ ἐκ τ θείε βοηθείας· εἰ ὃ φυρμὸς ἀνηγεμόνδιλος, ἀσμένιζε, ὅτι ἐν τοιότ& τ& κλύδωνι, αὐτὸς ἔχεις ἐν σεαυτ& παν νοῦν ἡγεμονικόν. κἂν ἀφιφέρη σε ὁ κλύδων, παραφερέτω τὸ σαρκίδιον, τὸ πνευμάτιον, τἄλλα· τ γὰ νοῦν ὐ παροίσει. ἢ τὸ μὴ τ& λύχνε φῶς μέχει σβεσθῇ, φαίνει, καὶ πὼ αὐγὴν ὐκ ἀποβαλλει· ἢ ὃ ἐν σοὶ ἀλήθεια, καὶ δικαιοσύνη, καὶ σωφροσύνη σεσαποσβέσεται;

ιγ'. Επὶ τ& φαντασίαν παραχόντος ὅτι ἥμαρτε. τί δαὶ οἶδα εἰ τοῦτο ἁμάρτημα. εἰ δὲ μὴ ἥμαρτεν, ὅτι [1] κατέκεινεν αὐτὸς ἑαυτόν. καὶ ὅτως ὅμοιον τοῦτο, τ& καθαρύπτειν τ ἑαυτ& ὀφιν. ὅτι ὁ μὴ θέλων τ φαῦλον ἁμαρτανέιν, ὅμοιος τ& μὴ θέλοντ τ συκῆν ὀπὸν ἐν τοῖς σύκοις φέρειν, καὶ τὰ βρέφη κλαυθμωνίζειν, καὶ τ ἵππον χρεμετίζειν, καὶ ὅσα ἄλλα ἀναγκαῖα τί γὰ πάθῃ, τ ἕξιν ἔχων τοιαύτιν; εἰ οὖν γοργὸς εἶ, ταύτιν θεράπευσον.

1 *Cas.* legit μὴ κατέκεινεν & refert ad internos conscientiæ laniatus.

ιδ'. Βι

ιδ'. Εἰ μὴ καθήκει, μὴ ποιήσῃς. εἰ μὴ ἀληθές ὄζι, μὴ λέγῃς. ἡ γὰρ ὁρμή σε [1] ἔσω εἰς τὸ παῦ ἀεὶ ὁρᾷν. τί ὄζιν αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ τὼ φαντασίαν σοι ποιῆν, καὶ ἀναπύσσειν διαρρῆντα, εἰς τὸ αἴτιον, εἰς τὸ ὑλικὸν, εἰς τὴ ἀναφορὰν, εἰς τὸ χρόνον, ἐντὸς ὃ πεπαῦσθαι αὐτὸ δεήσει. αἴ δὲ ποτέ, ὅτι χρεῖττόν τι καὶ δαιμονιώτερον ἔχεις ἐν σεαυτῷ, τῆς τὰ πάθη ποιούσης, καὶ καθάπαξ τῆς νοερᾶς ἐνεργούσης σε. τί μὲν γὰρ ὄζιν ἡ διάνοια; μὴ φόβος; μὴ ὑπόληψις; μὴ ὄρεξις; μὴ ἄλλό τι τοιοῦτο;

ιε'. Πρῶτον, τὸ μὴ εἰκῆ, μηδ' ἄνευ ἀναφορᾶς. δεύτερον, τὸ μὴ ἐπ' ἄλλό τι, ἢ ὅτι τὸ κοινωνικὸν τέλος ἐ ἀναγωγὴ ποιεῖσθαι.

ις'. Ὅτι μετ' ὀ πολὺ, ὐδεὶς ὐδαμοῦ ἔσῃ, ὐδὲ τούτων τι ἃ νῦν βλέπεις, ὐδὲ τούτων τις τ νῦν βιούντων· ἅπαντα γὰρ μεταβάλλειν καὶ τρέπεσθαι καὶ φθείρεσθαι πέφυκεν, ἵνα ἕτερα ἐφεξῆς γίνηται.

ιζ'. Ὅτι πάντα ἡ ὑπόληψις· καὶ αὐτὴ ὅλη σοί. ἆρον δῶ ὅτε θέλῃς τ ὑπόληψιν, καὶ ὥσπερ κάμψαντι τ ἄκραν, γαλήνη, σταθερὰ πάντα, καὶ κόλπος ἀκύμων.

---

1 Caſ. videtur legiſſe ἡ γὰρ ὁρμὴ ἀδίαστος ἔσω &c.

ιη'. Μία

14. Si non convenit, ne agas: si non est verum, ne dicas. Mentis impetus, tui juris esto. Hoc universum perpetuo contemplare. Cogita, quid sit quod cogitationem tibi commovet: idque excute dividendo in causam, materiam, relationem, tempus intra quod ea res definet. Senti vel tandem, esse aliquid in te præstantius ac divinius quam ea sunt, quæ affectus cient, ac quæ te tanquam nervis intus latentibus huc illuc raptant. Quis meus nunc est intellectus? num metus, num suspicio, num cupiditas, num aliquid aliud tale?

15. Primò cogita nihil fruſtra esse agendum, neque quod non aliquò referatur: deinde, ut non aliò quam ad societatem humanam referatur.

16. Paulò post nusquam neq; tu, neque quicquam eorum quæ nunc cernis, neque quisquam eorum qui nunc vivunt. Omnia enim nata sunt ita ut mutentur, vertantur, & pereant, ut in eorum locum alia continuatâ serie consequantur.

17. Omnia ex opinione suspensa sunt; hæc autem est in tua potestate. Tolle igitur, cum lubet, opinionem, eruntque tibi tanquam promontorium prætervecto omnia serena, & sinus fluctibus vacans.

18. Nulla

18. Nulla ſingularis quæcunque ea ſit actio ſuo tempore deſinens, malum aliquod patitur; ſicut neque is quicunque actionis iſtius author eſt, eo nomine quod agere deſinat. Pari ratione nec ſyſtema ſeu corpus omnium in univerſum actionum, quod eſt vita, ſi ſuo tempore deſinat, quicquam mali patitur: neque is qui opportune finem facit ſeriei iſti actionum, malo animo fecit. Tempus vero debitum, & terminum natura conſtituit: aliquando privata, ut in ſenectute: omnino autem univerſi natura. Cujus quidem partibus mutatis, ſemper recens & vigens mundus perdurat. Semper verò id pulchrum eſt & tempeſtivum, quod conducit univerſo. Finis itaque vitæ, ſingulis mala quidem eſſe non poteſt, quippe cum non ſit turpis: quippe nec voluntate è noſtra dependens, & à ſocietate non aliena. Bona autem fit: cum & opportune fiat reſpectu univerſi, & proſit, & divinitus accidat.

19. Tria hæc in promptu habe. Primum, ut ne quid fruſtra, ſi quid agis ipſe ſcilicet, aut ſecus quam ipſa juſtitia egiſſet: in rebus autem extrinſecus accidentibus, eas fortunæ nutu,

ιη'. Μία ἡ ἁπασῶν ἐνέργεια καὶ καιρὸν παυσαμένη, οὐδὲν κακὸν πάσχει, καθὸ πέπαυται. οὐδὲ ὁ πράξας τὴν πρᾶξιν ταύτην, κατ' αὐτὸ τοῦτο, καθ' ὃ πέπαυται, κακόν τι πέπονθεν. ὁμοίως οὖν τὸ ἐκ πασῶν τῶν πράξεων σύνημα, ὅπερ ἔξιν ὁ βίος, ἐὰν ἐν καιρῷ παύσηται, οὐδὲν κακὸν πάσχει κατ' αὐτὸ τοῦτο, καθ' ὃ πέπαυται. οὐδὲ ὁ καλαπαύσας ἐν καιρῷ τὸν εἱρμὸν τοῦτον, κακῶς διετέθη. τὸ δὲ καιρὸν, καὶ τὸ ὅρον δίδωσιν ἡ φύσις. ποτὲ μὲν ἡ ἰδία, ὅταν ἐν γήρᾳ. πάντως δὲ ἡ τοῦ ὅλου, ἧς τὰ μέρη μεταβαλλόντων, νεαρὸς ἀεὶ καὶ ἀκμαῖος ὁ σύμπας κόσμος διαμένει. καλὸν δὲ ἀεὶ παρὰ καὶ ὡραῖον, τὸ συμφέρον τῷ ὅλῳ. ἓν δὲ καὶ κατάπαυσις τοῦ βίου, ἐκείνῳ μὲν κακὸν, ὅτι οὐδὲ αἰσχρόν· εἰτοῦν καὶ ἀφελέσθαι τοῦτο, καὶ ἐκ ἀκοινώνητον. ἀγαθὸν δὲ, εἰ περ τῷ ὅλῳ καιρεῖον, καὶ συμφέρον, καὶ συμφερόμενον. [1]ὅτως γὰρ καὶ θεοφόρητος ὁ φερόμενος κατ' αὐτὰ θεᾷ, καὶ ὁπῇ τ' αὐτὰ τῇ γνώμῃ φέρόμενος.

ιθ'. Τοιαῦτα δεῖ προχεῖρα ἔχειν, ὅπῃ μὲν ὧν ποιεῖς, εἰ μήτε εἰκῇ, μήτε ἄλλως ἢ ὡς ἂν ἡ δίκη αὐτὴ ἐνήργησεν. ὅπῃ δὲ τοῦ ἔξω-

1 Hæc *Xyl.* & *Caſ.* emiterunt (neſcio an vitiata ſuſpicati an de ſenſu ambigui) *Gat.* ſic vertit, *ita numine divino fertur, qui eadem, qua Deus, via fertur mentesque ſua ad eadem fertur.*

θεν

δεν συμβαινόντων, ὅπ ἤτοι κατ' ὀπτυχίαν, ἢ χρόνοιαν. ὅτε δὲ τῇ ὀπτυχίᾳ μεμπτέον, ὅτε τῇ φρονοίᾳ ἐγκλητέον. δεύτερον, τὸ ὁποῖον ἕκαστον ἀπὸ στρήματος, μέχει ψυχώσεως, καὶ ἀπὸ ψυχώσεως, μέχρι τοῦ ψυχεῖν ἀποθνῄσκειν. καὶ ἐξ οἵων ἡ σύγκρισις, καὶ εἰς οἷα ἡ λύσις. τρίτον, εἰ ἄνω μετέωρος ἐξαρθεὶς κατασκέψαιο τὰ ἀνθρώπεια, καὶ τὴν πολυτροπίαν ὅση καλαίνοήσαις συμπλοκὴν ἅμα, καὶ ὅσον τὸ φαινόμενον, ἐναιρέσιον, καὶ ἐναιθερίον. καὶ ὅπ ὁσάκις ἂν ἐξαρθῇς, τ' αὐτὰ ὄψῃ. τὸ ὁμοιοειδὲς, τὸ ὀλιγοχρόνιον. ὅπ τύποις, ὁ τῦφος.

κ'. Βάλε ἔξω τὴν ὑπόληψιν, σέσωσαι. πίς ὅων ὁ κωλύων ἐκβάλλειν;

κα'. Οταν δυσφορῇς ὅπί τινι, ἐπελάθου, ὅπ πάντα κατὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν γίνεται. καὶ τοῦ, ὅπ τὸ ἁμαρτανόμενον, ἀλλότριον. καὶ ὅπί τύποις τοῦ, ὅπ πᾶν τὸ γινόμενον ἄπως ἀεὶ ἐγίνετο, καὶ γνώσεται, καὶ νῦν πάντα χᾶ γίνεται. τοῦ, ὅση ἡ συγγένεια ἀνθρώπε φρὸς πᾶν τὸ ἀνθρώπειον γένος. ἐ γὰ αἱματίε, ἢ σπερματίε, ἀλλὰ νῷ κοινωνία. ἐπελάθου ὃ καὶ τοῦ, ὅπ ὁ ἑκάστε νῷς θεὸς, καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρρύηκε. τοῦ, ὅπ ἀδὲν ἴδιον ἀδενὸς· ἀλλὰ καὶ τὸ πνεύριον, καὶ τὸ σωμάπον, καὶ αὐτὸ τὸ ψυχάριον, ἐκεῖθεν ἐλήλυθεν.

nutu, aut providentiæ obtigisse: quarum neutra est incusanda. Secundum, quale unumquodlibet à privatione fuerit, usque dum animam accepit, indeque, donec eam reddidit: ex quibus conflatum sit, & in quæ dissolvatur. Tertium, ut velut in altum procul à terrâ subvectus, humanas res despicias, earumque multiplicem varietatem: simul cogites, quam multa circum in aëre & in æthere habitent: eademque te visurum, quoties in sublime attolleris: ut sint omnia unius speciei, & brevi tempore durent. Hisne superbimus?

20. Ejice opinionem, & salvus es, nemo id prohibebit.

21. Rem aliquam molestè ferens, oblitus es omnia fieri secundum universi naturam, & quod peccatum sit alienum: præterea omnia ita ut nunc fiunt, semper facta esse, & futura, nuncque fieri ubique: item quæ homini sit cum universo genere hominum conjunctio: non ea siquidem sanguinis aut seminis, sed mentis communicatio. Oblitus es etiam mentem uniuscujusque esse Deum, & inde fluxisse: nihil cuiquam proprium esse, sed illinc & filiolos, & corpusculum & ipsam animulam venisse. Oblitus es omnia versari in opi-

nione; & quod id tantum quod præſens eſt, unuſquiſque vivit, & amittit.

22. Crebro apud animum tuum recole eos qui certis de cauſis majorem in modum ſunt indignati; qui maximis honoribus, calamitatibus, inimicitiis, aliave quacunque fortuna præter alios nobilitati ſunt: deinde quære, ubi nunc iſta: nempe fumus, & cinis, & ſermo, aut ne hoc ipſum quidem. Simul ad mentem tibi accidat, quicquid hujus eſt generis, ut Fabius Catulinus rure; Lucius Lupus, & Stertinius Baiis: Tiberius Capreis, & Velius Rufus. Et univerſim ſi quæ ſunt alia in re quacunque proſequenda potiundave, quaſi quæ tanti fuerit, animi contentioris exempla. Item quam per ſe vile ſit & puſillum, quodcunque tanto faſtu ſtudiove geritur. Et quanto magis ſit philoſophiæ conſentaneum, in data materia tueri juſtitiam, modeſtiam, ac ſimpliciter Diis obſequi. Faſtus enim qui ſuperbiæ vacuitatem oſtentando exercetur, omnium eſt graviſſimus.

23. Qui quærit, Qui Deos ſic colas, quomodo eos videris, aut eſſe deprehenderis; ei reſpondebis, primum eſſe eos viſibiles: deinde abſque hoc ſit, tamen animam meam cum non videam,

λυθεν. τ, ὅτι παθ' ὑποληψις. τ, ὅτι το παρὸν μόνον ἔχας ζῇ, καὶ τοῦτο ἀποβάλλει.

κβ'. Σωειχῶς ἀναπολεῖν, τὰς ὅτι τινὲς λίαν ἀξιανακλήσαντας· τὰς ἐν μεγίσαις δόξαις, ἢ συμφοραῖς, ἢ ἔχθραις, ἢ ὁποιαισοῦν τύχαις ἀκμάσαντας. εἶτα ἐφισάνειν, πᾶσι νῦν πάντα ἐκεῖνα. καπνὸς, καὶ ασοδὸς, καὶ μῦθος, ἢ ἀδὲ μῦθος. συμπεφασιπέτω ὃ καὶ τὸ τοιοῦτο παῦ, οἷον, Φάβιος Κατυλῖνος ἐπ' ἀκρῶ, καὶ Λάσιος Λοῦπος, καὶ Στερπίνιος ἐν Βαΐαις, καὶ Τιβέριος ἐν [1] Καπρίαις, καὶ Ουήλιος Ροῦφος. καὶ ὅλως ἡ πρὸς ὁπουῦν μετ' ὀιήσεως ἀφορὰ· καὶ ὡς ἀτελὲς παῦ τὸ κατεκλεινόμενον· καὶ ὅσῳ φιλοσοφώτερον τὸ ὅτι τ' δοθείσης ὕλης ἑαυτὸν δίκαιον, σώφρονα, θεοῖς ἑπόμενον ἀφελῶς παρέχειν. ὁ γὰρ τοῦτο ἀτυφία τῦφος τυφόμενος πάντων χαλεπώταλος.

κγ'. Πρὸς τὰς ὀπιζητοῦντας, πῦ γαὶ ἰδὼν τὰς θεὰς, ἢ πόθεν καλειληφὼς ὅτι εἰσὶν, ὕτω σέβεις· πρῶτον μὲν καὶ ὄψει ὁρατοί εἰσιν. ἔπειτα μηδ' τοῖ ἀδὲ τοῖ ψυχοῖ τοῖ ἐμαυτοῦ ἑώρακα, καὶ ὅμως τιμῶ. ὕτως

1 Potius Καπρέαις.

οὖ ἡ τύχη θεὸς, ἐξ ὧν τὴν δυνάμεως αὐτῆς ἑκάστοτε πειρῶμαι, ἐκ τούτων ὅτι τέ εἰσι καταλαμβάνω, καὶ αὐδᾶμαι.

κδ'. Σωληνεία βίου, ἕκαστον δὲ ὅλως αὐτοῦ τί ὄζει ὁρᾶν. τί μὴ αὐτῶ τὸ ὑλικόν. τί δαὶ τὸ αἰπῶδες. Ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὰ δίκαια ποιεῖν, καὶ τἀληθῆ λέγειν. τί λοιπὸν, ἢ ἀπολαύειν τῶ ζῆν, συνάπλουα ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ ἀγαθὸν, ὥστε μηδὲ τὸ βραχύταλον διάστημα ἀπολείπειν.

κε'. Εν φῶς ἡλίου κᾆν διείργηται τοίχοις, ὄρεσιν, ἄλλοις μυρίοις. μία οὐσία κοινὴ, κᾆν διείργηται ἰδίως ποιοῖς σώμασι μυρίοις. μία ψυχὴ, κᾆν φύσεσι διείργηται μυρίας, καὶ ἰδίαις περιχαφαῖς. μία νοερὰ ψυχὴ, κᾆν μερικρίδες δοκῇ. τὰ μὲν ἓν ἄλλα μέρη τοῦ εἰρημένου, οἷς πνεύματα καὶ ὑποκείμενα, συναίσθηται καὶ συνοικείωται ἀλλήλοις, [1] καίτοι κἀκεῖνα τὴν νῦν συνέχει, καὶ τὸ ἔπειτα ἀλλὰ βελῖον. διάνοια ὃ ἰδίως ὅπη τὸ ὁμόφυλον γίνεται, καὶ συνίσταται, καὶ ὁ διέρχεται τὸ κοινωνικὸν πάθος.

κς'. Τί ὀπίζηλεῖς; τὸ μαμίνεως; ἀλλὰ

---

1 *Caſ.* leg. καίτοι κἀκεῖνα τὸ συνεχὲν ἔχει, καὶ τὸ ἐπὶ τὰ αὐτὰ βελῖον. *Gat.* κἀκεῖνα τὸ νοερὸν συνέχει &c. *& tamen iſta mens* (univerſi ſc.) *continet* &c.

τὸ

am, nihilominus magnifacio: ita Deos quoque ex viribus eorum quas identidem percipio, cum eſſe intelligo, tum veneror.

24. In eo ſita eſt vitæ ſalus, ut ſingulas res totas intuearis, quid in iis formæ ſit, quid materiæ. Toto animo des operam, ut juſta agas & vera dicas. Quid enim ſupereſt, quam ut fruaris vita bonis operibus bona opera annectendo, ita ut ne minimum quidem ſpatium intermittas?

25. Unum eſt lumen ſolis, etiam ſi intercipiatur parietibus, muris, aliiſque innumeris rebus. Una eſt communis ſubſtantia, etſi certo modo affectis corporibus infinitis diſtincta. Una anima, etſi naturis innumeris propriiſque circumſcriptionibus diſtributa videatur. Una etiam mens, etſi diſcreta videatur. Ex his porro, quæ commemoravimus, alia, ut ſpiritus & ſubjecta, ſenſus expertia nulla naturæ conſortione ſociabilia ſunt: quanquam & in illis eſt quod unjendi vim habeat, & ad congenera vergere faciat. At peculiariter intellectus ſic comparatus eſt, ut ejuſdem generis adjungat ſe naturis, neque à ſocietatis appetitione depelli poſſit.

26. Quid quæris? ut diu vivas?

An ergo ſentire, appetere, creſcere, confabulari, cogitare? Quid horum deſideratu dignum eſt? Quod ſi vilia ſunt omnia hæc; ad extremum te confer, nempe ut ſequaris rationem & Deum ducem. Atqui gravari & inique ferre, quod per mortem iſtis carituras es, rationis & Dei cultui repugnat.

27. Quantula pars immenſi, infiniti ævi attributa eſt unicuique? celeriter ea in æternitatem evaneſcit. Quantula vero pars ſubſtantiæ univerſi? Quantula animæ Univerſi? quantula denique in glebula terræ repis? Hæc omnia tecum cogitans, nihil animo magnum concipe, niſi hoc tantum, ut quicquid ages, ductu naturæ agas; & feras quæcunque communis fert natura. Quomodo mens tua ſeipſa utitur? in hoc enim ſunt omnia. Cætera omnia extra tuæ voluntatis arbitrium ſunt poſita: quod ſi extra voluntatis arbitrium; fimus, & fumus.

28. Id maxime ad contemptum mortis facit, quod hi etiam, qui dolorem in malis, & voluptatem in bonis duxerunt, tamen eam deſpexerunt. Qui id tantum boni nomine dignatur, quod Univerſo eſt opportunum, ac cui perinde eſt pluresne

an

τὸ αἰδεῖσθαι; τὸ ὁρμᾶν; τὸ αὔξεσθαι; τὸ λήγειν, αὖθις; τὸ φωνῇ χρῆσθαι; τὸ διανοεῖσθαι; πῶν τούτων πόθι σοι ἄξιον δοκεῖ; εἰ ὧν ἔκαστα συκαταφρόνητα, πρόσιθι ὅπη τελευταῖον, τὸ ἕπεσθαι τῷ λόγῳ καὶ τῷ θεῷ. ἀλλὰ μάχεσθαι τῷ πᾶσιν ταῦτα, τὸ ἄχθεσθαι, εἰ διὰ τοῦτο τεθνηκέναι σεμνόσεται πᾶς αὐτῷ.

κζ'. Πόσον μέρος τοῦ ἀπείρου καὶ ἀχανοῦς αἰῶνος ἑπομεμέρεισαι ἑκάστῳ; τάχιστα γὰρ ἐναφανίζεται τῷ ἀϊδίῳ. πόσον ὧν τῆς ὅλης οὐσίας; πόσον ὧν τῆς ὅλης ψυχῆς; ἐν πόσῳ ὧν βωλαρίῳ τῆς ὅλης γῆς ἕρπεις; πάντα ταῦτα ἐνθυμοῦ μόνος, μηδὲν μέγα φαντάζου, ἢ τὸ ὡς μὴ ἡ σὴ φύσις ἄγῃ, ποιεῖν· πάσχειν ὧν, ὡς ἡ κοινὴ φύσις φέρει. Πῶς ἑαυτῷ χρῆται τὸ ἡγεμονικόν. ἐν γὰρ τούτῳ τὸ πᾶν ὄζει.[2] τὰ δὲ λοιπά, εἰ προαίρεσά ἐστιν, ἢ ἀποπροαίρεσα, νεκρὰ καὶ ψιλά.

κη'. Πρὸς θανάτου καταφρόνησιν ἐγερτικώτατον, ὅτι καὶ οἱ τῶν ἡδονῶν ἀγαθὸν καὶ τὸν πόνον κακὸν κρίναντες, ὅμως τούτου καταφρονοῦσι. ὃ τὸ σύμφορον μόνον ἀγαθὸν· καὶ ὃ τὸ πλείους καὶ λόγον ὀρθὸν πράξεις ἀποδοῦναι,

1 *Casaub.* (ut ex versione constat) pro [λήγειν αὖθις] leg. λέχρι σύσας (quia non verisimile est ut *Ant.* inter vitæ munera mortem numeraret) & sequ. τῷ φωνῇ χρῆσθαι expungit.

2 *Casaub.* videtur legisse τὰ δὲ λοιπὰ ἀποπροαίρετά ἐστιν· εἰ ἀποπροαίρετα &c.

τῷ

τῷ ὀλιγοστέρας, ἐν ἴσῳ ὄζει· καὶ ᾧ τὸν κόσμον θεωρῆσαι πλέονι ἢ ἐλάσσονι χρόνῳ ἢ διαφέρει· τούτῳ δὲ ὁ θάνατος φοβερόν. ἄνθρωπε, ἐπολίτευσω ἐν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ πόλει· τί σοι διαφέρει εἰ πέντε ἔτεσι; Τὸ γὰρ κατὰ τοὺς νόμους, ἴσον ἑκάστῳ. τί οὖν δεινὸν εἰ σὲ πόλεως ἀποπέμπει ὁ τύραννος, οὐδὲ δικαστὴς ἄδικος, ἀλλ' ἡ φύσις ἡ εἰσαγαγοῦσα; οἷον εἰ κωμῳδὸν ἀπολύοι ὁ σκηνῆς ὁ παρελαβὼν στρατηγός. ἀλλ' οὐκ εἶπον τὰ πέντε μέρη, ἀλλὰ τὰ τρία. καλῶς εἶπας. ἐν μύθοις τῷ βίῳ τὰ τρία, ὅλον τὸ δρᾶμά ὄζει. τὸ γὰρ τέλειον, ἐκεῖνος ὁρίζει, ὁ τότε μὲν ὁ συγκρίσεως, νῦν δὲ ὁ διακρίσεως αἴτιος· σὺ δὲ ἀναίτιος ἀμφοτέρων. ἄπιθι οὖν ἵλεως. καὶ γὰρ ὁ ἀπολύων, ἵλεως.

ΤΕΛΟΣ.

an pauciores pro vitæ ſpatio ſecundum rectam rationem præſtiterit actiones, neque in aliquo ponit diſcrimine, longiorene an breviori tempore res mundi ſpectet, ei mors nequaquam eſt terrori. Heus tu, civis fuiſti in hac magna urbe, quid attinet, utrum quinquennio? Etenim quod ſecundum leges, id omnibus eſt æquum. Quid ergo grave accidit, ſi te urbe emittit non tyrannus aliquis aut injuſtus judex, ſed natura quæ te introduxit? perinde ac ſi prætor hiſtrionem dimittat è theatro, in quod eum introduxerit. At, inquis, non quinque, ſed tres modo actus recitavi. Recte dicis. In vita ſiquidem tres actus fabulam implent: finem enim is determinat, qui & concretionis olim fuit, & nunc eſt diſſolutionis autor. Tu neutrius es cauſa. Diſcede igitur æquo animo: nam & is qui te dimittit, propitius tibi eſt.

FINIS.

M. IMPERATORIS EPISTOLA

ad Senatum Romanum: qua teſtatur, Chriſtianos victoriæ Romanorum contra barbaros cauſam fuiſſe.

IMperator Cæſar M. Aurelius Antoninus [Philoſophus] Germanicus, Parthicus, Sarmaticus, populo Romano & ſacro Senatui ſalutem. De magnitudine conſilii inſtitutique mei vos certiores feci. Supra modum conſequutæ ſunt in Germania ærumnæ graves, ad confinium periclitantibus laborantibuſque, & à ſeptuaginta quatuor draconibus nono miliario oppreſſis nobis in Cotino. Qui cum non longe abeſſent, exploratores id nobis indicarunt: & itidem Pompeianus copiarum noſtrarum militarium præfectus ea ſignificavit, quæ prius nobis cognita erant. Oppreſſus autem eram ab ingenti multitudine, cum mecum eſſent copiæ delectæ legionis primæ, decimæ, geminæ, ferentariorum, miſtæ. Cum ergo renunciatum eſſet,

ΜΑΡΚΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΗ

πρὸς τὴν σύγκλητον, ἐν ᾗ μαρτυρεῖ Χριστιανὸς αὐτὸς γεγενῆσθαι τὰς νίκας αὐτῶν.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Αντωνῖνος Γερμανικὸς, Παρθικὸς, Σαρματικὸς, δήμῳ Ρωμαίων, καὶ τῇ ἱερᾷ συγκλήτῳ χαίρειν. φανερὰ ὑμῖν ἐποίησα τὰ τῷ ἐμῷ σκοπῷ μεγέθη, οἷα ἐν τῇ Γερμανίᾳ ἐκ πρεισάσεως διὰ πρεσβολῆς ἐπακολουθήματα ἐποίησα ἐν τῇ μεθοδείᾳ καμοὶ καὶ στρατῷ, [1] ἐν Κοπίνῳ [2] καλαλαμβανομένῳ μὲ ὑπὸ δρακόντων [3] ἑβδομήκοντα τεσσάρων, ἀπὸ μιλίων ἐννέα. γεμομένων ὃ αὐτῷ ἐγγὺς ἡμῶν, ἐξπλωράτορες ἐμήνυσαν ἡμῖν, καὶ Πομπιανὸς ὁ ἡμέτερος πολέμαρχος ἐδήλωσεν ἡμῖν ἄπιναι εἰς δόμον· (καλαλαμβανόμενος δὲ ἡμῖν ἐν μεγέθει πλήθους ἀμίλλης, καὶ σταδιμάτων λεγεῶνος πρίμας

[1] Κοάδων καὶ Σαρματῶν. [2] Καρνούντω.
[3] Barbarorum signa militaria vid. Veget. de re militari l. 2. c. 7.

δεκά-

ι δεκάτης, γεμιναφρεντησίᾳ μίγμα καπνελθμιμμύον) πλήθη παρεῖναι παμμίκτω ὄχλω χιλιάδων ἐννακοσίων ἑβδομηκονταεπτά. ἐξετάσας οὖν ἐμαυτὸν καὶ τὸ πλῆθος τὸ ἐμὸν πρὸς τὸ μέγεθος τῶν βαρβάρων καὶ πολεμίων, κατέδραμον εἰς τὸ θεοῖς εὔχεσθαι πατρῴοις. ἀμελέμμυος δὲ ὢν αὐτῶν, καὶ πλὴν σενοχωρείαν μὲ θεωρήσας τ δυνάμεως, παρεκάλεσα τὰς παρ' ἡμῖν λεγομένας Χεισιανὰς· καὶ ἐπερωτήσας, εὗρον πλῆθος καὶ μέγεθος αὐτῶν, καὶ ἐμβεμπσάμμυος εἰς αὐτάς· ὅπερ οὐκ ἔπρεπε, διὰ τὸ ὕστερον ἐπεγνωκέναι με πλὴν δυνάμιν αὐτῶν· ὅθεν ἀρξάμμυοι, ὑ βελῶν ἐκχύσεσιν, ὔτε ὅπλων, ὔτε σαλπίγγων, διὰ τὸ ἐχθρὸν εἶ) τὸ τοιοῦτο αὐτοῖς, διὰ τ θεὸν ὃν φορῶσι χῖ συνείδησιν. εἰκὸς οὖν ὄζειν, ὅς ὑπολαμβάνομεν ἀδένς ἐῖ), θεὸν ἔχουσι αὐτόματον ἐν τῇ συνειδήσει τετειχισμμύον. ῥίψαντες γὰ ἑαυτὰς ὀπὶ πλὴ γλῶ, ὐχ ὑπὲρ ἐμὲ μόνον ἐδεήθης, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τ παρόντος στρατεύματος, παρήγοροι γμέσθαι δίψης καὶ λιμῦ τῆς παρούσης. πεμπταῖοι γὰ ὕδωρ ὐκ εἰλήφειμμυ διὰ τὸ μὴ παρεῖναι. ἦμμυ γὰρ ἐν τῷ μεσομφάλῳ τῆς Γερμα-

1 Panvinius leg. πίμφας χμίνας & δεκάτη φρεσησία.

νίας.

esset, exercitum ex omni turba conferta noningentorum septuaginta millium adesse: ipse quoque vires meas inquirens, & copiarum numerum iniens, & cum multitudine barbarorum atque hostium conferens, ad rem divinam diis patriis per preces faciendam decurri. Et vires meas in angustum redigi cernens, evocavi qui apud nos dicuntur Christianos: ac per inquisitionem magnum eorum inveni numerum: acriusque in eos infremui. Quod quidem minime factum oportuit, propter eam quam in illis postea comperi esse virtutem: unde illi pugnam, non autem à telorum armorumque expeditione, neque à tubarum classico, exordiuntur: quod ingratum atque inimicum hoc eis sit, propter Deum, quem in conscientia gerunt. Quapropter æquum est, quos ἀθέους & à Diis alienos esse suspicati sumus, ut eos norimus Deum in conscientia, suapte sponte illapsum, atque i- incluſum [seu potius incolentem,] habere. Nam projicientes se in terram, non pro me tantum, sed & pro exercitu qui tum ibi aderat universo, precati sunt; ita ut solatio nobis essent in præsenti fame & siti: in quintum enim jam diem aquam, quod ea defeciisset, non ceperamus: nam in me-

ditullio Germaniæ, & in finibus hoſtium eramus. Simul atque vero illi in terram ſunt provoluti, & Deum precat one invocarunt, quem ego ignorabam, confeſtim aqua de cœlo eſt conſequuta: ad nos illa quidem frigidiſſima, in Romanorum vero imminentes hoſtes grando ignea. Sed & cum oratione ipſa illico præſentia Dei affuit, tanquam inſuperabilis & invicti. Inde igitur incipientes, permittemus hiſce, Chriſtianis eſſe: ut ne id genus armorum adverſus nos [precibus] illi utentes, voti compotes fiant. Quocirca conſulens ſtatuo, ne hominem hujuſmodi, quod videlicet Chriſtianus ſit, accuſare liceat. Si quis autem inveniatur Chriſtianum, propterea quod Chriſtianus ſit, deferre; delatum ipſum Chriſtianum, qui hoc ſit profeſſus, nulloque alio crimine accuſatum, quam quod Chriſtianus ſit, manifeſto ſe pro eo gerere; delatorem vero ipſum vivum comburi volo: At Chriſtianum confeſſum, ac proinde eo nomine tutum atque ſecurum, is cui provinciæ præfectura credita eſt, ad pœnitentiam ejuſmodi profeſſionis & ſtatum illiberalem non traducet. Hæc vero etiam Senatuſconſulto confirmari volo: & conſtitutionem hanc meam in

toro

νίας, καὶ τοῖς ὅροις αὐτῆς. ἅμα δὲ τῷ τότε ξίφει ὅπλῳ τῷ γλυκεῖ ἑαυτὸν, καὶ εὐχαριστῶ θεῷ, ᾧ ἐγὼ ἠγνόουν, εὐθέως ὕδωρ ἠκολούθει ἀραιόθεν, ὅπλῳ μὲν ἡμᾶς ψυχρότατον, ὅπλῳ δὲ τὸν Ρωμαίων ὅπλοθήκης, χαλαζα πυρώδης· ἀλλὰ καὶ εὐθὺ θεῦ παρουσίαν ἐν εὐχῇ γνωμίζω παραυτίκα, ὡς αὐτοβροβλήτῳ καὶ ἀκαταλύτῳ. αὐτόθεν ἦν ἀρξάμενοι, συγχωρήσωμεν τοῖς τοιούτοις ἕξ) Χειρισανοῖς, ἵνα μὴ καθ' ἡμῶν τι τοιοῦτον αἰτησάμενοι ὄφελον, ὅπλῳ τύχωσι. ἢ δὲ τοιοῦτον συμβουλεύω, διὰ τὸ τοιοῦτον ἕξ) Χειρισανὸν, μὴ ἐγκαλεῖσθαι. Εἰ δὲ ἀρεσθείη τις ἐγκαλῶν τῷ Χειρισανῷ ὅτι Χειρισανός ὄφι, ἢ μὴ προσαγόμενον Χειρισανὸν προδήλον ἕξ) βέλομαι γίνεσθαι ὁμολογήσαντα τοῦτο, ἄλλο ἕτερον μηδὲν ἐγκαλούμενον, ἢ ὅτι Χειρισανός ὄφι μόνον· ἢ προσάγοντα δὲ τοῦτον, ζῶντα κρίνεσθαι. ἢ δὲ Χρισιανὸν ὁμολογήσαντα, καὶ συνασφαλισάμενον περὶ τῷ τοιούτῳ, ἢ πεπιστευμένον τῇ ἐπαρχίαν εἰς μετάνοιαν καὶ ἀνελλιπερίαν ἢ τοιοῦτον μὴ μετάγειν. ταῦτα δὲ καὶ τῆς συγκλήτου δόγματι προσθῆναι βέλομαι, καὶ κελεύω τοῦτο καὶ τὸ διάταγμα ἐν τῷ φόρῳ τοῦ Τραϊανοῦ προτεθῆναι, πρὸς τὸ δύνασθαι

ἀναγινώσκεσθαι· φροντίσει ὁ παράφικτος Βηράσιος Πολλίων, εἰς τὰς πέριξ ἐπαρχίας πιμφθῆναι· πάντα δὲ τὸ βιβλίμμιον χρῆσθαι καὶ ἔχειν, μὴ κωλύεσθαι λαμβάνειν ἐκ τῆς παρεστεθέντων παρ' ἡμῖν.

Δημητρ-

foro Trajani proponi jubeo, ut legi poſſit. Illam quoque in provincias quaſque mittendam curabit Verañius Pollio præfectus. Quicumque autem hac uti, & habere exemplar ejus voluerit, ne recipere id ex eo quod à nobis propoſitum eſt, prohibeatur.

Literæ *M. Aurelii Imperat.* ad Fauſtinam Imperatricem.

TU quidem mea Fauſtina religioſe pro marito & pro noſtris liberis agis: nam relegi Epiſtolam tuam in Formiano, qua me hortaris, ut in Avidii conſocios vindicem. Ego vero & ejus liberis parcam, & genero, & uxori; & ad Senatum ſcribam, ne aut proſcriptio gravior ſit, aut pœna crudelior. Non enim quicquam eſt, quod Imperatorem Romanum melius commendat gentibus, quam clementia: hæc Cæſarem deum fecit, hæc Auguſtum conſecravit, hæc patrem tuum imprimis Pii nomine ornavit. Denique ſi mea ſententia de bello judicandum eſſet, nec Avidius eſſet occiſus. Eſto igitur ſecura: dii me tuentur, diis pietas mea cordi eſt. Pompeianum noſtrum in annum ſequentem Conſulem dixi. Vale.

Marci Imperatoris oratio *de Commodo.*

DOlere vos atque angi cum ita me affectum contemplamini, minime mirandum. Quippe humanum est humanis casibus ingemiscere: multoque magis misericordiam provocant, quæ oculis usurpamus. Cæterum peculiaris vobiscum nostra ratio est. Nam de mei erga vos animi conscientia, mutuam spero à vobis quasi meo jure benevolentiam. Nunc autem illud incidit, cum & mihi sit judicium faciendum, frustrane vobis honorem tamdiu habuerim, studiumque omne meum lubens detulerim: & vobis referenda gratia ostendendum, non esse eorum quæ acceperitis immemores. Videtis filium, quem ipsimet educastis, primas nunc adolescentiæ metas ingredientem, quasique in salo atque in fluctu vitæ, gubernatoribus indigentem: ne rerum imperitia de recto quasi cursu ablatus, malis artibus impingat. Este igitur vos illi pro me uno multi parentes, excolendo scilicet, atque optima suggerendo.

Neque enim ut pecuniæ vis tyrannidis luxuriam explere, aut stipantia satellitum agmina tueri principem possunt,

Δημηγορία τοῦ βασιλέως Μάρκου τοῖς Κομμόδου.

Ἀχθεσθῆναι μὲν ὑμᾶς, ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με πεπονθότα, Δακεδαιμόνιον, θαυμαστὸν οὐδέν. φύσει τε γὰρ τὸ ἀνθρώπινον ἐλεεινὸν, ἐν ταῖς τῆς ὁμοφύλων συμφοραῖς· τά τε δεινὰ τῶν ὄντων πεσόντα, οἰκτον μᾶλλον προσκαλεῖται μείζονα. ἐμοὶ δέ τι καὶ πλέον τῶν ἄρχειν παρ' ὑμῖν οἴομαι· ἐκ γὰρ ὧν αὐτὸς διάκειμαι πρὸς ὑμᾶς, ἀμοιβαίαν εὔνοιαν εἰκότως ἤλπικα. νυνὶ δὲ καιρὸς εὔκαιρος, ἐμοί τε αἰδέσθαι, μὴ μάτην πρὸς ὑμᾶς τοσοῦτον χρόνον πεπλωκότα τε καὶ σπουδὴν καταθεῖναι· ὑμῖν τε ἀποδοῦναι χάριν, δείξασιν ὅτι τῶν ἐρῶν ἐτύχετε, ἂν ἀμνημονεῖτε. ὁρᾶτε δή μοι τὸν υἱόν, ὃν αὐτοὶ ἀνεθρέψασθε, ἄρτι τῶν μειρακίων ἡλικίας ἐπιβαίνοντα, καὶ δεόμενον ὥσπερ ἐν χειμῶνι καὶ ζάλῃ, τῆς κυβερνησάντων, μή ποι φερόμενος ὑπ' ἀτελοῦς τῆς δεόντων ἐμπειρίας, εἰς φαῦλα ἐπιτηδεύματα προεξαχθῇ. πεύσεσθε δὴ οὖν αὐτοῦ ὑμεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἐμοῦ, πατέρες πολλοὶ προσεπονῆσαί τε, καὶ τὰ ἄκρα συμβουλεύοντες.

Οὔτε γὰρ χρημάτων πλῆθος οὐδὲν αὐτάρκες πρὸς τυραννίδος ἀκρασίαν, ὅτε δορυφόρων φρουρὰ ἱκανὴ μὴ εἶναι τὸν ἄρχοντα, εἰ μὴ

μὴ τροῦ πάρχοι ἡ τῶν ὑπηκόων εὔνοια. μάλιστα δὲ ἐκεῖνοι εἰς ἀρχῆς μήκ@ ἀκινδυνώως ἥλαυ@, ὅσοι μὴ φόβον ἐξ ὠμότητ@, πόθον δὲ τ αὐτῶν χρηστότητ@, ταῖς τῶν ἀρχομένων ψυχαῖς ἐνέσαξαν. ὁ γὸ οἱ ἐξ ἀνάγκης δουλεύοντες, ἀλλ' οἱ μὴ πειθῆς ὑπακούοντες, αὐύποπλοι, κὴ ἔξω κολακείας τοῦσποιήτ@ δρῶντές τε κὴ πάσχοντες ἀλληλοῖσιν, ἀδέσποτε ἀφιλιάζυσιν, ἰὼ μὴ βίᾳ κὴ ὕβρει [1] ὅπῃ τύτῳ ἀχθῶσι. χαλεπὸν δὲ μεταῤῥῆσαί τε, κὴ ὅρον ὅπῃ δεῖναι ὅπῃ δυμίαις, ὑπηρετούσης ἐξυσίας. τοιαῦτα δὲ συμβουλεύοντες αὐτῷ, κὴ ὧν ἀκύει παρὼν ὑπομιμνήσκοντες, ὑμῖν τε αὐτοῖς κὴ πᾶσιν ἄριστον ἀποδείξετε βασιλέα, τῇ τε ἐμῇ μνήμῃ χαριεῖσθε τὰ μέγιστα, ὅπω τε μόνως ἀίδιον αὐτῷ ποιῆσαι δυνήσεσθε.

---

[1] Επὶ τοῦτο. Stephanus scil. τὸ ἀφηνιάζειν.

CMC
MVSEVM
BRITANNICVM

Δημη-

possunt, nisi illi ipsi quos reges, animum imperanti benevolentiamq; accommodent. Quippe ii demum diu tutoque imperant, qui non metum ex crudelitate, sed amorem ex bonitate civium suorum animis instillant. Neque enim quos servire necessitas coegit, sed quos obtemperare sua quemque voluntas adegit, ii sunt in agendo patiendoque à suspicione omni, assentationeq; vacui: nunquamque imperia detrectant, nisi violenter contumelioseque sint habiti. Est autem difficile, in maxima licentia moderari sibi, quasique frenos imponere cupiditatibus. Quod si bene vivendi autores illi fueritis, & quæ nunc coram audit, identidem admonueritis, una opera & ipsum vobis reliquisque omnibus optimum principem reddetis, & memoriam nostram demerebimini, quam scilicet immortalem hac una ratione poteritis efficere.

Δημηγορία ὑπὲρ Βασιλέως Μάρκου, περὶ τῆς Καισάρος ἐπαναστάσεως.

Οὐκ ἀγανακτήσων, ὦ συστρατιῶται, ἢ ὀδυρόμενος παρελήλυθα. καλὸν παίνειν μὲν γὰρ τί δεῖ πρὸς τὸ δαιμόνιον, ᾧ πάντα ἔξεστιν; ὀλοφύρεσθαι δ' ἴσως ἀνάγκη τοὺς ἀδίκως δυστυχοῦντας· ὃ κἀμοὶ νῦν συμβέβηκε πῶς γὰρ οὐ δεινὸν, πολέμιοι ἡμᾶς ἐκ πολέμων συμφέρεσθαι; πῶς δ' οὐκ ἄτοπον κἀμφυλίῳ συμπλακῆναι; πῶς οὐκ ἀμφότερα κἀδεινότητι κἀτοπίᾳ νικᾷ, τὸ μηδὲν πιστὸν ἐν ἀνθρώποις εἶναι, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ φιλτάτου, κἀπὸ τοῦ φιλτάτου, μὴτε πιστεύεσθαι, μήτε πεπλημμεληκότα; πίς μὲν γὰρ ἀρετὴ ἀσφαλὴς, πίς δὲ φιλία ἔπ νομισθήσεται, ἐμοῦ ταῦτα πεπονθότος; πῶς δ' οὐκ ἀπόλωλε μὲν πίστις, ἀπόλωλε δ' ἐλπὶς ἀγαθὴ; ἀλλ' εἰ μὲν μόνος ἐγὼ ἐκινδύνευον, παρ' ἀδὲν ἂν τὸ πρᾶγμα ἐποιησάμην· (ἀ γάρ πω κἀθανάτου ἐγκυνήθην) ἐπεὶ δὲ δημοσία τε ὑπόστασις, μᾶλλον δὲ ἐπανάστασις γέγονε, κἀ ὁ πόλεμος πάντων ὁμοίως ἡμῶν ἅπτεται· ἐκβαλόμην, εἰ οἷόν τε ἦν, προσκαλέσασθαι τὸν Κάσσιον, κἀδικαιολογήσασθαι πρὸς αὐτὸν παρ' ὑμῖν ἢ πρὸς τῇ γερουσίᾳ· κἀδέως ἂν ἀμαχεὶ

χει παρεχώρησα αὐτῷ τ ἡγεμονίας, εἰ τοῦτο τῷ κοινῷ συμφέρειν ἐδεδόκει. ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ γὰρ κ πόνων κ κινδυνευμάτων ἀφειδῶ· τοσοῦτόν τε ἐνταυθοῖ χρόνον ἔξω τ Ιταλίας πεποίηκα ἀνθρωπος κ γέρων ἤδη κ ἀδυνὴς, κ ὅτε βοφλοὶ ἄλυπον, ὅθ' ὕπνον ἄφροντιν λαβεῖν δυνάμενος. ἐπειδ' ἐκ ἂν ποτε συ[κα]θεῖναι εἰς τοῦτο ὁ Κάσιος ἐθελήσειε, (πῶς γὰρ ἂν πιστεύσειέ μοι, ἄπιστος ὤτω πρὸς ἐμὲ γεγενημένος;) ὑμᾶς γε ὦ συστρατιῶται χρὴ παρέξειν. ἐ γάρ πω κρείττους Κίλικες, κ Σύροι, κ Ιουδαῖοι, κ Αἰγύπτιοι ὑμῶν ὅτε ἐγένοντό ποτε, ὅτε ἔσονται, οὐδ' ἂν μυειάκις πλείους ὑμῶν, ὅσῳ νῦν ἐλάττους εἰσὶν, ἀθροισθῶσιν. ἐ μὴν οὐδ' αὐτὸς ὁ Κάσιος, εἰ κ τὰ μάλιστα κ στρατηγικὸς εἶ) κ πολλὰ κατορθωκέναι δοκεῖ, λόγῳ πρὸς ἄξιος νῦν ἂν φανείη. ὅτε γὰρ ἀετὸς κολοιῶν, ἢ κ λέων νεβρῶν ἥμισάμβλος, ἀξιόμαχος γίνεται· καὶ τ Αραβικὸν τόν τε Παρθικὸν ἐκεῖνον πόλεμον ὁ Κάσιος, ἀλλ' ὑμεῖς κατειργάσασθε. σκέψασθε εἰ καὶ ἐκεῖνος ἐκ τ πρὸς Παρθυαίους προχθέντων εὐδόκιμός ἐστιν, ἔχετε καὶ ὑμεῖς Βῆρον, ὃς οὐδὲν ἧττον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον αὐτοῦ καὶ ἐνίκησε πλείω καὶ κατεκτήσατο. ἀλλὰ τάχα μὲ καὶ ἤδη μετανενόηκε ζῶντά με μεμαθηκώς. ἐ γάρ πω κ ἄλλως, ἢ ὡς τετελευτηκότος μου,

τοῦτ'

τῦτ' ἐποίησεν. ἂν ὃ κὴ ὅπλεῖον ἀντίχῃ, ἀλλ' ὅταν γε κὴ πεφοτόντας ἡμᾶς πύθηται, πάντως γνωσιμαχήσει, κὴ ὑμᾶς φοβηθείς, κὴ ἐμὲ αἰδεσθείς. ἐγὼ γοῦν ἓν μόνον ὦ συστρατιῶται δέδοικα, (εἰρήσθαι γὸ πᾶσα πρὸς ὑμᾶς ἡ ἀλήθεια) μὴ ἤτοι αὐτὸς ἑαυτὸν ὑποκλείνῃ, αἰσχυνθεὶς ἐς τὴν ἡμετέραν ὄψιν ἐλθεῖν, ἢ ἕτερός τις μαθὼν ὅτι τοιῦτο κὴ ὅτι ἐπ' αὐτὸν ὁρμῶμαι, τῦτο ποιήσῃ. μέγαν γάρ μοι ἆθλον κὴ τῆ πολέμου κὴ τῆ νίκης, κὴ ἥλικον ἀδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἔλαβεν, ἀφαιρήσεται. τί ὃ τῦτό ἐστιν; ἀδικήσαντα ἄνθρωπον ἀφεῖναι, πρὸς φιλίαν ὑποβάντα φίλον μεῖναι, πίστιν καταλύσαντα πιστὸν ἀφηγήσασθαι. παραδόξα μὲν ἴσως ταῦθ' ὑμῖν φαίνεται, ἀλλ' ἐκ ἀπιστεῖν ὑμᾶς αὐτοῖς δεῖ. ὁ γὰρ πόλεμος ἁπλῶς πάντα τὰ ἀγαθὰ ἐκ τῆς ἀνθρώπων ἀπόλωλεν, ἀλλ' ἔστι καὶ παρ' ἡμῖν ἔτι τὰ ἀρχαίας ἀρετῆς λείψανον. καὶ ἐγὼ πολλὰ ἀπιστῶ τις, καὶ διὰ τῦτο μεῖζόν ἐστί μοι τὸ ὀφθῆναι, ἵνα ὁ μηδεὶς ἂν πιστεύσειε ψεύδεσθαι, τῦτο ἴδῃ ψευδόμενον. ὡς ἔγωγε τῦτ' ἂν μόνον ἐκ τῆς παρόντων κακῶν κερδάναιμι, εἰ δυνηθείην καλῶς θέσθαι τὸ πρᾶγμα, καὶ δεῖξαι πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅτι καὶ ἐμφυλίοις πολέμοις ἔστιν ὀρθῶς χρήσασθαι.

ΤΕΛΟΣ.